TERROGABAT
EVM QVOD
EST MANDATV.
PRIMVM
ET .IHS. AIT ILLI
OMNIVM PRI

(3) MVM AVDI IS
(a) TRAHEL .DMS.
DS NOSTER V
NVS EST ET DI
LIGES DOM.
DM. TVVM
EX TOTO COR
DE TVO ET EX
TOTA ANIMA
(b) TVA (4) ET EX TO
TIS VIRIBVS
TVIS ET EX TO
TA FORTITVDI
NE TVA ET PRO
PINQVVM
TVVM TAN
QVAM TE IP
SVM HOC EST
MAGNVM
MANDATVM
ET DIXIT ILLE
SCRIBA VERE
DIXISTI MA
GISTER QVA

(1) Vulg. *Super rubum quomodo dixerit illi Deus, inquiens :*

(2) *Et acceſſit unus de Scribis, qui audierat illos conquirentes, & videns quoniam bene illis reſponderit, interrogavit eum quod eſſet primum omnium mandatum. Jeſus autem reſpondit ei: Quia primum omnium &c.*

(3) Vulg *Mandatum eſt: Audi Iſraël, Dominus Deus tuus, Deus unus eſt: & diliges &c.*

(4) *Et ex tota mente tua, & ex tota virtute tua, hoc eſt primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt illi: diliges proximum tuum tamquam te ipſum. Majus horum aliud mandatum non eſt. Et ait illi Scriba: bene Magiſter in veritate dixiſti, quia &c.*

VNVS EST .DS.
ET NON EST (1)
PRAETER IPSV.
ET DILIGERE
ILLVM EX TO
TO CORDE ET
EX OMNI VIR
TVTE ET EX O.
NIBVS VIRI
BVS ET DILIGE
RE PROXIMV.
TANQVAM SE
PIVS EST OM
NIVM HOLO
CAVSTORVM
ET HOSTIARV.
ET CVM VIDIS
SET EVM IHS.
QVIA SENSA
TE RESPONDIT
AIT ILLI NON
ES LONGE A REG
NO DEI ET NE
MO AVDEBAT

(a) (2) AMPLIVS ILLV.
INTERROGA
RE ET RESPO.
DENS .IHS. DI
CEBAT DOCENS
IN TEMPLO
QVOMODO DI
CVNT SCRIBAE
(3) QVIA XPS. FILI
VS EST DAVID
IPSE DAVID IN
SPV. SANCTO
DIXIT DICIT
DMS. DMO.
MEO SEDE
AD DEXTRA.
MEAM DO
NEC PONAM
INIMICOS
TVOS SCABIL
LVM PEDVM
TVORVM (4) IP
SE DAVID DI
CIT EVM .DM.

(1) Vulg. *Alius praeter eum. Et ut diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tamquam seipsum majus est omnibus holocautomatibus, & sacrificiis. Jesus autem videns quòd sapienter respondisset, dixit illi: Non es longè a regno Dei. Et nemo jam audebat &c.*

(2) Vulg. *Eum interrogare.*

(3) *Christum filium esse David? Ipse enim David dicit in Spiritu Sancto: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis &c.*

(4) *Ipse ergo David &c.*

ET VNDE EST
FILIVS EIVS
ET MVLTA TVR
(a) BA (1) AVDIEBAT
ILLVM LIBEN
TISSIME AD IL
LE DOCENS SI
MVL DICEBAT
EIS CAVETE A
SCRIBIS QVI
VOLVNT IN
STOLIS AMBV
LARE ET SALV
TARI IN FORO
(2) ET PRIMOS
CONSESSVS
IN SYNAGO
GIS ET PRIMOS
CVBITOS IN
CENIS QVI
COMEDVNT
(b) DOMOS VI
DVARVM
ET PVPILLO

(a) (3) RVM OCCAN
SIONE LON
GA ORANTES
HI ACCIPIENT
AMPLIVS POE
NAE ET SEDENS
CONTRA GAIO
PHILACIVM
VIDEBAT QVO
MODO TVR
BA MITTIT PE
CVNIAM IN
GAIOPHILA
CIVM ET MVL
TI DIVITES
MITTEBANT
MVLTA CVM
VENISSET
AVTEM VNA
VIDVA MISIT
MINVTA DVO
QVOD EST QVA
DRANS ET CO.
VOCANS DIS

---

(1) Vulg. *Eum libenter audivit. Et dicebat eis in doctrina sua: Cavete &c.*

(2) *Et in primis cathedris sedere in Synagogis, & primos discubitus in coenis qui devorant domos viduarum sub obtentu &c.*

(3) Vulg. *Sub obtentu prolixae orationis, hi accipient prolixius judicium. Et sedens Jesus contra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba jactaret aes in gazophylacium, & multi divites jactabant multa. Cum venisset autem vidua una pauper, misit duo minuta &c.*

CIPVLOS SVOS
(1) DIXIT EIS
AMEN DICO VO
BIS QVONIAM.
VIDVA PAV
PERCVLA HAEC
AMPLIVS OM
NIVM MISIT
MITTENTES I
VM IN GAIO
(a) PHYLACIO OM
NES ENIM
EX EO QVOD
SVPERFVIT
ILLIS MISE
RVNT HAEC
AVTEM DE
AEGENTIA
SVA OMNIA
QVAECVM
QVE HABVIT
MISIT TOTAM.
SVBSTANTI
AM SVAM

(2) ET PROFICIS
CENTE EO DE
TEMPLO AIT
ILLI VNVS EX
DISCIPVLIS
SVIS MAGIS
TER ECCE QVA
LES LAPIDES
ET QVALIA AE
DIFICIA
ET RESPONDENS
AIT ILLIS VIDE
TIS HAS STRVC
TVRAS MAG
NAS
AMEN DICO VO
BIS NON RE
LINQVETVR
HIC LAPIS SV
PER LAPIDEM
QVI NON DES
(a) TRVATVR ET
POST TRIDV
VM ALIVS RE

---

(1) Vulg. *Ait illis : Amen dico vobis, quoniam vidua haec pauper plus omnibus misit, qui miserunt in gazoplylacium. Omn s enim ex eo, quod abundabat illis, miserunt : haec verò de penuria sua omnia, quae babuit, misit totum victum suum.*

(2) Vulg. *Et cum egrederetur de Templo, ait illi unus ex discipulis suis : Magister, aspice quales lapides, & qu les structurae. Et respondens Jesus ai illi : Vide bas omnes magnas aedificatiores? Non relinquetur lapis supe lapidem, qui non destruatur.* Relqua usque ad *Et cum sed ret &c.* in Vulgata nostra non habentur.

SVRGET SINE
MANIBVS
(1) ET SEDENTE EO
AD MONTEM
OLIVETI CON
TRA TEMPLV̄.
(a) INTERROGA
BANT ILLVM
SECRETO PE
TRVS ET IACO
BVS ET IOHAN
NES ET ANDRE
AS DIC NOBIS
(2) QVANDO HAEC
ERVNT ET QVOD
SIGNVM CV̄.
INCIPIENT Ō.
NIA HAEC CON
SVMMARI
ET RESPONDENS
AIT ILLIS VIDE
TE NE QVIS
VOS SEDVCAT
MVLTI ENIM

VENIENT IN
NOMINE MEO
DICENTES QVIA
EGO SVM ET
MVLTOS SE
DVCENT (3) CVM
AVTEM AV
DIERITIS BEL
LA ET OPINIO
NES PRAELIO
RVM NOLITE
TV - - ARI OPOR
(a) TET ENIM FIE
RI SED NON
DVM EST FINIS
EXVRGET E
NIM GENS
SVPER GEN
TEM ET REG
NVM SVPER
REGNVM ET
ERINT TERRAE
MOTVS CIR
CA LOCA ET FA

(1) Vulg. *Et cum ſederet in monte Olivarum contra Templum, interrogabant eum ſeparatim Petrus, & Jacobus &c.*

(2) *Quando iſta fient? Et quod ſignum erit, quando haec omnia incipient conſummari. Et reſpondens Jeſus coepit dicere illis:*

(3) Vulg. *Cùm audieritis autem bella, & opiniones bellorum, ne timueritis: oportet enim haec fieri: ſed nondum finis. Exurget enim gens contra gentem, & regnum ſuper regnum, & erunt terraemotus per loca &c.*

MES (1) INITIVM
DOLORVM OM
(a) NIA HAEC DE
INDE VOS IP
SOS TRADENT
IN CȮṄ CON
CILIA ET IN SY
NAGOGIS PA
PVLABITIS ET
AD PRESIDES
ET AD REGES
STABITIS CAV
SA MEI IN TES
TIMONIVM
ILLIS ET IN OM
NIBVS GEN
TIBVS IN PRI
MIS OPORTET
PRAEDICARE
EVANGELI
(b) VM ET CVM
ADDVCENT
VOS TRADE.
TES NOLITE

(2) SOLLICITI ES
SE NEC PRAE
MEDETARE
QVID LOQVA
MINI SED
QVODCVM
QVE DATVM
FVERIT VO
BIS IN ILLA HO
RA HOC LOQVI
MINI NON
ENIM VOS ES
TIS QVI LOQVI
MINI SED SPS.
SANCTVS
ET TRADET FRA
TER FRATRE.
AD MORTEM
ET PATER FILI
VM ET INSVR
GENT FILI IN
PARENTES ET
MORTI AD
FICIENT EOS ET

(1) Vulg. *Initium dolorum haec. Videte autem vosmetipsos. Tradent enim vos in Conciliis, & in Synagogis vapulabitis; & ante Praesides, & Reges stabitis propter me in testimonium illis. Et in omnes gentes primùm oportet praedicari Evangelium. Et cum duxerint vos tradentes &c.*

(2) Vulg. *Praecogitare quid loquamini: sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini. Non enim vos estis loquentes, sed Spiritus Sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & consurgent filii in parentes, & morte afficient eos.*

ERITIS ODIO
OMNIBVS (1) CAV
SA NOMINIS
MEI QVI AV
TEM PERSEVE
RAVERIT IN
FINEM HIC
SALVVS ERIT
ET CVM VIDE
RITIS ABOMI
NATIONE DE
SOLATIONIS
(a) STARE VBI NO.
OPORTET QVI
LEGIT INTEL
LIGAT QVID
QVID LEGIT
(b) TVNC QVI FVE
RINT IN IV
DAEA FVGIANT
IN MONTIB - -
ET QVI SVPER
TECTVM FVE
RIT NON DES
CENDAT (2) IN DO
MO SED NEC
INTRET TOLLE
RE ALIQVID
DE DOMO SVA
ET QVI IN AGRO
FVERIT NON
REVERTATVR
TOLLERE VES
TIMENTVM
SVVM
VAE AVTEM
PRAEGNAN
TIBVS (3) ET LAC
TANTIBVS IN
ILLIS DIEBVS
ET ORATE NE
HIEME HAEC
FIANT ERINT
ENIM IN DIE
BVS ILLIS TRI
BVLATIONES
QVALES NON
FVERVNT NV.

(1) Vulg. *Propter nomen meum. Qui autem ſuſtinuerit in finem, hic ſalvus erit. Cum autem videritis abominationis ſtantem ubi non debet: qui legit, intelligat: tunc qui in Judaea ſunt, fugiant in montes, & qui ſuper tectum, ne deſcendat &c.*

(3) Vulg. *In domum, nec introeat ut tollat quid de domo ſua: & qui in agro erit nõ revertatur retro &c.*

(3) *Et nutrientibus in illis diebus. Orate verò ut hyeme non fiant. Erunt enim dies illi tribulationes tales, quales non fuerunt &c.*

(1) QVAM TALES
AB INITIO CRE
ATVRAE VS
QVE ADHVC
SED NEQVE FI
(a) ENT ET NISI
DMS. BREVIAS
SET DIES PROP
TER ELECTOS SVOS
NON FVISSET SAL
VA VLLA CARO SED PROP
TER ELECTOS QVOS ELEGIT
. . EVIA . . .
. . .
ET TVN . . . VIS
VOBIS DIXERIT
ECCE (2) HIC XPS.
AVT ECCE ILLIC
NOLITE CREDE
RE SVRGENT
ENIM PSEVDO
XPI. ET PSEV
DOPROPHAE
TAE ET FACIENT
SIGNA ET PRO
DIGIA AD SE

(3) DVCENDVM
SI FIERI POSSET
ETIAM ELEC
TOS VIDETE
PRAEDIXI VO
BIS OMNIA
SED IN ILLIS DIE
BVS POST ILLA.
PRAESSVRA.
SOL OBSCVRA
BITVR ET LV
NA NON DABIT
SPLENDOREM
SVVM ET STEL
LAE (4) ERINT DE
CAELO CADEN
TES ET VIRTV
TES CAELORV.
MOVENTVR
ET TVNC VIDE
BVNT FILIVM
HOMINIS
VENIENTEM
(5) CVM NVBIB.

(1) Vulg. *Non fuerunt ab initio creaturae, quam condidit Deus, uſque nunc, neque fient. Et niſi breviaſſet Dominus dies, non fuiſſet ſalva omnis caro: ſed propter &c.*

(2) *Hic eſt Chriſtus, ecce illic, non crediderìtis. Exurgent enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetae, & dabunt ſigna, & portenta &c.*

(3) Vulg. *Ad ſeducendos, ſi fieri poteſt, etiam electos. Vos ergo videte: ecce praedixi vobis omnia. Sed in illis diebus. poſt tribulationem illam, Sol contenebrabitur &c.*

(4) *Coeli erunt decidentes, & virtutes, quae in coelis ſunt, movebuntur.*

(5) *In nubibus &c*

CVM VIRTV
TE (1) MAGNA
ET GLORIA ET
TVNC MITTET
NVNTIOS ET
CONCOLLIGET
ELECTOS DE
QVATTVOR
VENTIS AB AN
GVLIS TERRAE
VSQVE AD SVM
MVM CAELI
A FICVS AVTEM
SIMILITVDI
NEM DISCITE
PARABOLA
CVM IAM RA
MVS EIVS TE
NER FVERIT
(2) ET FOLIA PRO
CREAVERIT
SCITOTE IN PRO
XIMO ESSE AESTA
TEM SIC ET VOS CVM
HAEC VIDERITIS SCI
(a) TOTE QVIA PROPE EST IN IA
NVIS

AMEN DICO VO
BIS (3) QVIA NON
TRANSIET GE
NERATIO HAEC
DONEC OM
NIA FIANT CAE
LVM ET TERRA
TRANSIET VER
BVM AVTEM
MEVM NON
PRAETERIBIT
DE DIE AVTEM
ILLO ET HORA
NEMO NOVIT
NEC ANGELI
CAELORVM
NEC FILIVS NI
SI PATER SOLVS
VIDETE VIGI
LATE NESCITIS
ENIM QVAN
DO TEMPVS
QVEMADMO
DVM HOMO

---

(1) Vulg. *Multa, & gloria. Et tunc mittet Angelos ſuos, & congregabit electos ſuos a quatuor ventis, a ſummo terrae, uſque ad ſummum coeli. A ficu autem diſcite parabolam.*

(2) *Et nata fuerint folia, cognoſcitis, quia in proximo ſit aeſtas: ſic & vos cum videritis haec fieri, ſcitote quod in proximo ſit in oſtiis.*

(3) Vulg. *Quoniam non tranſibit generatio haec, donec omnia iſta fiant. Coelum, & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. De die autem illo, vel hora nemo ſcit, neque Angeli in coelo, neque Filius, niſi Pater. Videte, vigilate, & orate, neſcitis enim quando tempus ſit. Sicut homo &c.*

PEREGRE (1) TITV
RVS RELIQVID
DOMVM SV
(a) AM ET DEDIT
SERVIS SVIS
POTESTATEM
VNICVIQVE
OPVS SVVM
ET OSTIARIO
PRAECEPIT VT
VIGILARET
VIGILATE ERGO
NESCITIS ENIM
QVANDO .DMS.
(2) DOMVI VE
NIAT SERO
AVT MEDIA
NOCTE AVT
GALLICINIO
AVT MANE
NE CVM VE
NERIT SVBI
TO INVENIAT
VOS DORMI

(a) ENTES (3) EGO
AVTEM DICO
VOBIS VIGILA
TE ERAT
AVTEM PAS
CHA POST BIDV
VM ET QVAE
REBANT PON
TIFICES ET SCRI
BAE QVOMO
DO EVM CON
PREHENDE
RENT ET OCCI
(b) DERENT DICE
BANT ENIM
NE IN DIES FES
(c) TOS TVMVLTVS
SIT POPVLI
ET CVM ESSET
BETHANIAE
IN DOMO SI
MONIS LEPRO
SI (4) RECVMBE
TE ILLO VENIT

(1) Vulg. *Qui peregrè profectus, reliquit domum ſuam, & dedit ſervis ſuis poteſtatem cujuſque operis, & janitori praecepit ut vigilaret.*

(2) *Domus veniat, ſero, an media nocte, an gallicantu, an mane. Ne cum venerit repentè &c.*

(3) Vulg. *Quod autem vobis dico, omnibus dico: Vigilate. Erat autem Paſcha, & Azyma poſt biduum: & quaerebant Summi Sacerdotes, & Scribae, quomodo eum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem: Non in die feſto, ne fortè tumultus fieret in populo.*

(4) *Et recumberet, venit &c.*

MVLIER HA
BENS ALABAS
TRVM (1) VNGV
ENTII NARDI
OPTIMI PRAE
TIOSI ET APE
RIENS ALABAS
TRVM INFV
DIT SVPER CA
PVT EIVS
DISCIPVLI AV
TEM ILLIVS
FREMEBANT
INTER SE DICE
TES VT QVID
PERDITIO IS
TA POTVIT ENI
HOC VNGV
ENTVM VE
NIRI AMPLI
VS DENARIIS
TRECENTIS
ET DARI PAV
PERIBVS ET AD

(2) MINABAN
TVR EI
IHS. AVTEM AIT
ILLIS SINITE
EAM QVID EI
MOLESTI ES
TIS BONVM
OPVS OPERA
TA EST IN ME
SEMPER E
NIM PAVPE
RES HABETIS
VOBISCVM
ET CVM VOLVE
RITIS POTES
TIS ILLIS BENE
FACERE ME
AVTEM NON
(a) SEMPER (3) HA
BEBITIS QVOD
HABVIT FECIT
PRAEOCCVPA
VIT VNGVEN
TO VNGVERE

(1) Vulg *Unguenti nardi ſpicati pretioſi: & fracto alabaſtro effudit ſuper caput ejus. Erant autem quidam indignè ferentes intra ſemetipſos, & dicentes: Ut quid perditio iſta unguenti facta eſt? Poterat enim unguentum iſtud venundari pluſquam trecentis denariis, & dari pauperibus. Et fremebant &c.*

(2) Vulg. *Fremebant in eam. Jeſus autem dixit: Sinite eam, quid illi moleſti eſtis?*

(3) *Habetis. Quod habuit haec, fecit: praevenit ungere &c.*

CORPVS ME
VM IN SEPVL
TVRAM
(1) AMEN AVTEM
DICO VOBIS
QVIA VBICVM
QVE PRAEDI
CATVM FVE
RIT EVANGE
LIVM IN VNI
VERSO MVN
DO ET QVOD
FECIT HAEC
(2) DIVVLGABI
TVR IN MEMO
RIAM EIVS
(2) ET IVDASCARIO
TH VNVS EX
DVDECIM
ABIIT AD PON
TIFICES SACER
DOTVM VT
TRADERET
EVM AD ILLI

GAVISI SVNT
ET PROMISE
RVNT EI PECV
NIAM (3) DARE
ET QVAEREBAT
QVOMODO
EVM OPPOR
TVNE TRADE
RET
ET PRIMA DIE
AZYMORVM
QVANDO PAS
CHA IMMOLA
BANT DICVNT
EI DISCIPVLI
(4) VBI VIS EVN
TES PRAEPA
REMVS VT E
DAS PASCHA
ET MITTIT DVOS
EX DISCIPVLIS
DICENS ITE IN
CIVITATE ET
OCCVRRET

(1) Vulg. *Amen dico vobis : ubicumque praedicatum fuerit Evangelium istud &c.*

(2) *Narrabitur in memoriam ejus. Et Judas Iscariotes unus de duodecim abiit ad Summos Sacerdotes, ut proderet eum illis. Qui audientes &c.*

(3) Vulg. *Se daturos. Et quaerebat quomodo illum opportunè traderet.*

(4) *Quò vis eamus, & paremus tibi ut manduces Pascha? Et mittit duos ex discipulis suis, & dicit eis : Ite in civitatem &c.*

VOBIS HOMO
LAGOENAM
AQVAE (1) POR
TANS SEQVI
MINI EVM
ET VBICVM
QVE INTRA
VERIT DICITE
PATRI FAMI
LIAS MAGIS
TER DICIT VBI
EST REFECTIO
MEA VBI CV̆.
DISCIPVLIS
MEIS EDAM
PASCHA ET
IPSE VOBIS
(2) OSTENDET LO
CVM MEDIA
NVM STRA
TVM IN SV
PERIORIBVS
MAGNVM
IBI PARATE

NOBIS
(2) ET EXIERVNT
DISCIPVLI EIVS
ET VENERVNT
IN CIVITATE
ET FECERVNT
SICVT DIXIT
ILLIS ET PARA
VERVNT PAS
CHA
ET CVM SERO
FACTVM ES
SET VENIT CV̆.
XII. ET DISCVM
BENTIBVS
EIS ET EDENTI
BVS DIXIT
AMEN DICO VO
BIS QVIA VNVS
EX VESTRIS
TRADET ME
QVI EDET ME
CVM AD ILLI
COEPERVNT

(1) Vulg. *Bajulans; ſequimini eum: & quocumque introierit, dicite domino domus, quia Magiſter dicit: ubi eſt refectio mea, ubi Paſcha cum diſcipulis meis manducem? Et ipſe vobis demonſtrabit cœnaculum grande ſtratum; & illic parate &c.*

(2) Vulg. *Et abierunt diſcipuli ejus, & venerunt in civitatem: & invenerunt ſicut dixerat illis, & paraverunt Paſcha. Veſpere autem facto, venit cum duodecim. Et diſcumbentibus eis, & manducantibus, ait Jeſus: Amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me, qui manducat mecum. At &c.*

CONTRISTA
(a) RI ET DICERE
(1) ILLI SINGVLI
NVMQVID
EGO ET ALIVS
NVMQVID
EGO QVIBVS
AIT VNVS EX
XII QVI INTIN
GET MECVM
MANVM IN
CATINVM FI
LIVS QVIDEM
(b) HOMINIS TRA
DITVR SECV.
DVM QVOD
SCRIBTVM
EST DE EO VAE
AVTEM ILLI
HOMINI PER
QVEM TRA
DITVR ME
LIVS ERAT IL
LI SI NON FVIS

SET NATVS
HOMO ILLE
(2) ET EDENTIBVS
EIS ACCIPIENS
PANEM BENE
DIXIT ET FRE
GIT ET DEDIT
ILLIS DICENS
SVMITE HOC
EST CORPVS
(a) MEVM (3) QVOD
PRO MVLTIS
CONFRINGI
TVR IN REMIS
SIONE PECCA
TORVM
ET ACCEPTO CA
LICE GRATIAS
(4) EGIT ET DEDIT
ILLIS ET BIBE
RVNT EX EO
OMNES ET
DIXIT EIS HIC
EST SANGVIS

(1) Vulg. *Ei singulatim : Numquid ego? Qui ait illis : Qui intingit mecum manum in catino Et filius quidem hominis vadit , sicut scriptum est de eo: Vae autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si non esset &c.*

(2) Vulg. *Et manducantibus illis , accepit Jesus panem , & benedicens fregit , & dedit eis , & ait :*

(3) Quod sequitur usque ad *Et accepto &c.* non legitur in Vulgata .

(4) *Agens dedit eis : & biberunt ex illo omnes . Et ait illis ;*

MEVS NOVI
TESTAMENTI
QVI PRO MVL
TIS EFFVNDE
TVR (1) IN RE
MISSIONEM
ET PECCATO
RVM
AMEN DICO VO
BIS QVIA (2) NO.
ADAVCAM
BIBERE EX
FRVCTV VI
NEAE VSQVE
IN DIEM ILLV.
QVO BIBAM
ILLVM NOVVM
IN REGNO
DEI ET CVM
HYMNOS DI
XISSENT EXIE
RVNT IN MO.
TEM OLIVETI
ET DIXIT ILLI IHS.

(3) OMNES VOS
SCANDALVM
PATIEMINI
IN ME QVIA
SCRIPTVM
EST PERCVTI
AM PASTO
REM ET DIS
PARGENTVR
OVES (4) GRAE
GIS
SED POSTQVAM
(5) SVRREXE
RO PRAECEDA.
VOS IN GALI
LAEAM PETRVS
AVTEM AIT
I - - - S ET SI OM
NES (6) SCANDA
LIZABVNTVR
SET NON EGO
ET DICIT EI IHS.
AMEN DICO TI
BI QVONIAM

(1) Vulgata non habet ſequentia, uſque ad *Amen &c.*

(2) *Jam non bibam de hoc genimine vitis, uſque in diem illum, cum illud bibam novum in regno Dei. Et hymno dicto exierunt in montem Olivarum. Et ait eis Jeſus :*

(3) Vulg. *Omnes ſcandalizabimini in me in nocte iſta :*

(4) Non habet *Gregis*.

(5) *Reſurrexero &c.*

(6) *Scandalizati fuerint in te, ſed non ego. Et ait illi Jeſus : Amen dico tibi, quia &c.*

(1) HAC NOCTV A.
TE QVAM GAL
LVS CANTET
TER ME ABNE
GABIS QVI TAN
TO MAGIS DI
CEBAT ET SI O
PORTVERIT
ME MORI TE
CVM NON
TE ABNEGABO
SIMIL - - ER ET
OMNE - DIS
CIPVLI DIXE
RVNT
ET VENIVNT
IN PRAETORI
VM CVIV -
DAM GETSA
MANI ET AIT
ILLIS SIDETE
HIC DONEC
INS OREM
ET ADSVMIT

PETRVM ET IA
COBVM ET IO
HANNEM SECV.
ET COEPIT (2) OBS
TVPESCERE
(a) ET ACEDIARI
ET DEFICERE
TVNC DICIT EIS
O QVAM TRIS
TIS EST ANIMA
MEA VSQVE
AD MORTEM
SEDETE HIC
ET VIGILATE
ET PROGRES
SVS PAVLVM
(b) DECIDIT IN
FACIEM SV
PER TERRAM
ET ORABAT SI
FIERI POTEST
VT TRANSIRET
AB ILLO HORA
ET DICEBAT

(1) Vulg. *Tu bodie in nocte bac, priusquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus. At ille ampliùs loquebatur: Etsi oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant. Et veniunt in praedium, cui nomen Gethsemani. Et ait discipulis suis: Sedete bìc, donec orem.*

(2) Vulg. *Pavere, & taedere. Et ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem: Sustinete bìc, & vigilate. Et cum processisset paululum, procidit super terram, & orabat, ut si fieri posset, transiret ab eo bora. Et dixit:*

ABBA PATER
(1) POSSIBILIA OM
NIA TIBI TRANS
FERT HOC PO
CVLVM A ME
SED NON QVOD
EGO DICO SED
QVOD TV VIS
ET INVENIT IL
LOS DORMIĒ.
TES ET AIT PE
TRO SIMON
DORMIS NŌ.
POTVISTI (2) V
NAM HORĀ.
(a) VIGILARE VI
GILATE ET ORA
TE NE INTRE
TIS IN TEMP
TATIONEM
S̄PS. QVIDEM
PROMPTVS
EST CARO VE
RO INFIRMA

(a) ET ITERVM (3) ABI
IT ORARE ET
VENIT ET INVE
NIT ILLOS DOR
MIENTES E
RANT ENIM
OCVLI ILLORV̄.
DEGRAVATI
ET IGNORA
BANT QVID RES
PONDERENT
EI ET VE
NIT TERTIO ET
(4) DICIT ILLIS
DORMITE IĀ.
ET REQVIES
(b) CITE CONSV̄.
MATVS EST FI
NIS ADVENIT
HORA ET EC
CE TRADITVR
FILIVS HOMI
NIS IN MANI
BVS PECCATO

(1) Vulg. *Omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc a me, sed non quod ego volo, sed quod tu. Et venit, & invenit eos dormientes.*

(2) *Una hora vigilare? Vigilate, & orate, ut non intretis &c.*

(3) Vulg. *Abiens oravit, eundem sermonem dicens. Et reversus, denuo invenit eos dormientes (erant enim oculi eorum gravati)*

(4) *Ait illis: Dormite jam, & requiescite: Sufficit: Venit hora: Ecce Filius hominis tradetur in manus peccatorum.*

RVM SVRGI
TE EAMVS EC
CE (1) ADPROPIN
QVAVIT QVI
ME TRADITV
RVS EST
ADVC EO LOQVĒ.
(a) TE VENIT IV
DASCARIOTH
VNVS EX XII.
ET CVM ILLO
(b) TVRBA CVM
GLADIIS ET FVS
TIBVS A SVM
MIS SACERDO
TIBVS ET SCRI
BIS ET SENIO
RIBVS
(2) DEDIT AVTEM
QVI EVM TRA
DEBAT SIGNV̄.
DICENS QVEM
CVMQVE OS
CVLATVS FVE

RO IPSE EST TE
NETE ILLVM
(a) (3) ET DVCITE EV̄.
DILIGENTER
ET ACCESSIT ET
AIT ILLI HABE
RABBI ET OSCV
LATVS EST EV̄.
(4) TVNC ILLI INIE
CERVNT EI MA
NVS ET TENVE
RVNT EVM
VNVS AVTEM
QVIDAM EDV
XIT GLADIVM
ET PERCVSSIT
SERVVM SV̄.
MI SACERDO
TIS ET AMPV
TABIT ILLI AV
RICVLAM
(5) IH̄S. AVTEM DI
XIT EIS TAN
QVAM AD LA

(1) Vulg. *Qui me tradet, propè eſt. Et adbuc eo loquente, venit Judas Iſcariotes unus de duodecim, & cum eo turba multa, cum gladiis, & lignis &c.*

(2) *Dederat autem traditor ejus ſignum eis, dicens :*

(3) Vulg. *Et ducite cautè. Et cum veniſſet, ſtatim accedens ad eum ait : Ave &c.*

(4) *At illi manus injecerunt in eum, & tenuerunt eum Unus autem quidam de circumſtantibus educens gladium, percuſſit &c.*

(5) *Et reſpondens Jeſus ait illis :*

TRONEM (1) VE
(a) NISTIS CVM
GLADIIS ET FVS
TIBVS CONPRE
HENDERE ME
COTTIDIE ERA.
VOBISCVM IN
TEMPLO DO
CENS ET NO.
DETINVISTIS
ME SED VT IN
PLEANTVR
SCRIPTVRAS
ET RELICTO EO
OMNES FVGE
RVNT ET IVVE
NIS QVIDAM
SEQVEBATVR
(b) EVM AMIC
TVS SYNDONE.
SVPRA NVDV.
CORPVS ET DE
TINVERVNT
EVM AD ILLE

(2) RELINQVENS
SINDONEM
NVDVS FVGIT
AB EIS
ET DVXERVNT
IHM. AD SVM
MVM SACER
(a) DOTEM ET CO.
VENIVNT OM
NES PONTIFI
CES ET SCRIBAE
ET SENIORES
ET PETRVS SE
CVTVS EST EV.
(b) VSQVE IN ATRI
VM SVMMI
SACERDOTIS
(c) ET ERAT SEDENS
CVM MINIS
TRIS CALFICI
ENS SE AD IG
NEM
PRINCIPES AV
TEM SACERDO

(1) Vulg. *Exiſtis cum gladiis, & lignis comprehendere me? Quotidie eram apud vos in Templo docens, & non me tenuiſtis. Sed ut impleantur Scripturae Tunc diſcipuli ejus relinquentes eum, omnes fugerunt. Adoleſcens autem quidam ſequebatur eum amictus Sindone ſuper nudo: & tenuerunt eum. At ille &c.*

(2) Vulg *Rejecta ſindone nudus profugit ab eis: Et adduxerunt Jeſum ad Summum Sacerdotem: & convenerunt omnes Sacerdotes, & Scribae, & Seniores. Petrus autem a longè ſecutus eſt eum, uſque intrò in atrium Summi Sacerdotis: & ſedebat cum Miniſtris ad ignem, & calefaciebat ſe. Summi verò Sacerdotes &c.*

(1) TVM ET CONCI
LIVM TOTVM
QVAEREBANT
ADVERSVS IHM.
TESTIMONIV.
VT MORTI EVM
ADFICERENT
ET NON INVE
NERVNT MVL
TI ENIM FALSO
TESTABANTVR
(a) DE EO ET NON
ERANT AEQVA
LIA TESTIMO
NIA EORVM
ET ALII SVRGEN
TES DABANT
FALSVM TESTI
MONIVM
ADVERSVS EV.
DICENTES QVI
A NOS AVDIVI
MVS EVM DI
CENTEM QVO

(a) (2) NIAM EGO DES
TRVAM TEM
PLVM HOC MA
NIBVS AEDIFI
CATVM ET POST
TERTIVM DIE.
ALIVD SVSCI
TABO NON MA
NVFACTVM
ET NEC SIC ERANT
CONVENIEN
TIA TESTIMO
NIA ILLORVM
ET SVRGENS PRI.
CEPS SACERDO
TVM IN ME
DIO INTERRO
GAVIT IHM.
NIHIL RESPO.
DES AD HAEC
QVAE ISTI AD
VERSVS TE CO.
TESTANTVR
ET AIT ILLI TV ES

(1) Vulg *Sacerdotes, & omne Concilium, quaerebant adversùs Jesum testimonium, ut eum morti traderent, nec inveniebant. Multi enim testimonium falsum dicebant adversùs eum: & convenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes falsum testimonium ferebant adversùs eum, dicentes: Quoniam nos audivimus eum dicentem: Ego &c.*

(2) Vulg. *Ego dissolvam Templum hoc manufactum, & per triduum aliud non manufactum aedificabo. Et non erat conveniens testimonium illorum. Et exurgens Summus Sacerdos in medium, interrogavit Jesum, dicens: Non respondes quidquam ad ea, quae tibi objiciuntur ab his? Ille autem tacebat, & nihil respondit. Rursum Summus Sacerdos interrogabat eum, & dixit ei Tu es &c.*

(a) XPS FILIVS (1) BE
NEDICTI
IHS. AVTEM RES
PONDENS DI
XIT EI EGO SV.
ET VIDEBITIS
FILIVM HOMI
NIS AD DEXTRA.
(b) VIRTVTIS SE
DENTEM ET VE
NIENTEM SV
PER NVBES CAE
LI. TVNC
PRINCEPS SA
CERDOTVM
CONSCIDIT PRO
TINVS VESTI
MENTA SVA
DICENS QVID
ADHVC DESI
DERAMVS TES
TIMONIA AV
DISTIS BLASPHE
MIAM QVID

VOBIS VIDETVR
(2) ET OMNES CO.
DEMNAVERVNT
EVM ESSE RE
VM MORTI
ET COEPERVNT
QVIDAM IN
SPVERE IN FA
CIEM EIVS ET
COLAPHIZABANT
EVM
ET CVM ESSET
PETRVS IN A
TRIO VENIT
AD ILLVM VNA
EX ANCILLIS
PRINCIPIS SA
CERDOTVM
ET CVM VIDIS
SET PETRVM
CALFICIENTE.
SE (3) AD IGNEM
INTVENS EVM
DIXIT ET TV CV.

(1) Vulg. *Dei benedicti? Jesus autem dixit illi : Ego sum : & videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus coeli. Summus autem Sacerdos scindens vestimenta sua, ait : Quid adhuc desideramus testes ?*

(2) Vulg. *Qui omnes condemnaverunt eum esse reum mortis . Et coeperunt quidam conspuere eum, & velare faciem ejus, & colaphis eum caedere, & dicere ei : Prophetiza : & Ministri alapis eum caedebant Et cum esset Petrus in atrio deorsum , venit una ex ancillis Summi Sacerdotis :*

(3) *Aspiciens illum ait : Et tu &c.*

IHV. NAZARE
NO ERAS
(1) AD ILLE NEGAVIT
DICENS NES
CIO SED NEC
NOVI QVEM
DICAS ET EXI
IT FORIS ANTE
ATRIVM ET
GALLVS CAN
TAVIT (2) ET CVM
EVM VIDIS
SET ITERVM
PVELLA COEPIT
DICERE CIRCV.
STANTIBVS
QVIA ET HIC
EX ILLIS EST ET
RVRSVM NE
GAVIT
ET POST PVSILLV.
ITERVM QVI
CIRCVMSTA
BANT DICE

BANT (3) ET TV EX
(a) ILLIS ES ET COE
PIT DEVOTARE
SE DICENS QVIA
NON NOVI HO
MINE HVNC
QVEM DICITIS
ET PROTINVS
(b) SECVNDVS
GALLVS CAN
TAVIT ET REME
MORATVS EST
PETRVS VER
BVM QVEM
DIXERAT ILLI
IHS. ET COEPIT
FLERE
ET PRIMA LV
CE CONSILIV.
FECERVNT
PRINCIPES SA
CERDOTVM
CVM SENIO
RIBVS ET SCRI

(1) Vulg. *At ille negavit, dicens: Neque ſcio, neque novi quid dicas. Et exiit foras &c.*

(2) *Rurſus autem cum vidiſſet illum ancilla, coepit dicere circumſtantibus: quia hic ex illis eſt. At ille iterum negavit. Et poſt puſillum rurſus qui aſtabant &c.*

(3) Vulg *Petro: Verè ex illis es: nam & Galilaeus es. Ille autem coepit anathematizare, & jurare: quia neſcio hominem iſtum quem dicitis. Et ſtatim gallus iterum cantavit. Et recordatus eſt Petrus verbi, quod dixerat ei Jeſus: Priuſquam gallus cantet bis, ter me negabis. Et coepit flere. Et confeſtim mane conſilium facientes Summi Sacerdotes &c.*

BIS (1) ET TOTVM
CONCILIVM
ET VINCTVM
(a) IHM. PERDV
XERVNT IN
ATRIO ET TRA
DIDERVNT
PILATO
ET INTERROGA
VIT ILLVM PI
LATVS TV ES
REX IVDAEO
RVM ET RES
PONDIT EI TV
DICIS ET ACCV
SABANT EVM
PONTIFICES
(b) MVLTA IPSE
AVTEM NIHIL
RESPONDE
BAT ITERV.
AVTEM PILA
TVS INTERRO
GABAT EVM

(2) NON RESPON
DES NIHIL EC
(a) CE QVANTA TE
ACCVSANT IH -
AVTEM AMPL -
VS NIHIL RES
PONDIT ITA - -
MIRARE - - -
PILATV - - - -
DIEM - - - - -
FESTV - - - -
(3) TEBAT - - -
NVM E - - - -
TIS QVE - - -
QVE PO - - - -
SENT E - - -
TEM QV - - - -
(4) LABATV - - -
RABBAS - - - -
IIS QVI SED - - - -
NEM M - - - -
RANT A - - - -
TVS QV - - - -
SA SED - - - -

(1) Vulg. *Et universo Concilio, vincientes Jesum, duxerunt, & tradiderunt Pilato. Et interrogavit eum Pilatus: Tu es Rex Judaeorum? At ille respondens, ait illi: Tu dicis. Et accusabant eum Summi Sacerdotes in multis. Pilatus autem rursum interrogavit eum &c.*

(2) Vulg. *Dicens: Non respondes quidquam? Vide in quantis te accusant.*

(3) *Solebat dimittere illis unum ex vinctis quemcumque petiissent.*

(4) *Dicebatur Barrabas, qui cum seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium &c.*

(1) NEM HOMICI
DIVM FECE
RANT ET ACCE͂.
SA TOTA TVRBA
COEPIT POSTV
- - RE SICVT SE͂.
- - FACIEBAT
- - - - - - - - -
(2) E - - - - - ONDENS
- - - - - - - S DIXIT
- - LTIS DI
- - - - AMVS
- - - - - - EGEM
- - - - EORVM
- - - - - AT ENIM
- - - - - ROPTER
- - - - DIAM
- - - - IDERVNT
- - - VM PRIN
- - - ES SACER
- - - - M QVI
- - - - M TVR
- - - SVASE
- - - - VT MA

GIS BARABBA͂.
DIMITTERET
(3) ILLIS
RESPONDENS
AVTEM PILA
TVS ITERVM
AIT ILLIS QVID
ERGO VVLTIS
FACIAM RE
GEM IVDAEO
(a) RVM AD ILLI
EXCLAMAVE
RVNT DICEN
TES CRVCIFI
GE EVM PILA
TVS AVTEM
DIXIT ILLIS QVID
ENIM MALE
EGIT AD ILLI
TANTO MAGIS
CLAMABANT
CRVCIFIGE
ILLVM
PILATVS AVTE͂.

Hic in interiori Codicis Autographi margine reliquiae sunt recisorum quatuor foliorum.

(1) Vulg. *Et cum ascendisset turba, coepit rogare &c.*

(2) *Respondit eis, & dixit: Vultis dimittam vobis Regem Judaeorum? Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum Summi Sacerdotes. Pontifices autem concitaverunt turbam, ut magis &c.*

(3) Vulg. *Eis. Pilatus autem iterum respondens, ait illis: Quid ergo vultis faciam Regi Judaeorum? At illi iterum clamaverunt: Crucifige eum. Pilatus verò dicebat illis: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant: Crucifige eum.*

GALILEAM IBI EVM
VIDEBITIS SICVT DIX
VOBIS. AT ILLAE EXEVN
TES FVGERVNT DE MO
NVMENTO. INVASE
RAT ENIM EAS TRE
MOR ET PAVOR ET NE
MINI QVICQVAM DI
XERVNT. TIMEBANT
ENIM. SVRGENS AVT
MANE PRIMA SABBA
TI APPARVIT PRIMO
MARIAE MAGDALE
NAE DE QVA EIECERAT
SEPTEM DEMONIA. ILLA
VADE-S NVNTIAVIT
HIS QVI CVM EO FVERANT
LVGENTIBVS ET FLENTI
BVS. ET ILLI AVDIENTES
QVIA VIVERET ET VI
VVS ESSET AB EA NON
CREDIDERVNT
POST HAEC AVTEM DVO
BVS EX (1) EIS AMBVLAN
TIBVS OSTENSVS EST IN ALI
A EFFIGIE EVNTIBVS IN VIL
LAM. ET ILLI EVNTES NVN
TIAVERVNT CETERIS
NEC ILLIS CREDIDERVNT
NOVISSIME RECVMBENTI
BVS ILLIS VNDECIM APPA
RVIT. ET EXPROBRAVIT
INCRVDELITATEM (2) ILLORV.
ET DVRITIAM CORDIS
QVIA HIS QVI VIDERANT
EVM RESVRREXISSE
NON CREDIDERVNT. ET
DIX. EIS. EVNTES IN MVN
DVM VNIVERSVM PRAE
DICATE EVANGELIVM
OMNI CREATVRAE QVI
CREDIDERIT ET BAPTIZA
TVS FVERIT SALVVS ERIT
QVI VERO NON CREDIDERIT
CONDEMNABITVR.
SIGNA AVTEM EOS QVI CRE
DIDERINT HAEC SEQVEN
TVR. IN NOMINE MEO

(1) Vulg. *His &c.*

(2) Vulg. *Eorum, & duritiam cordis; quia iis &c.*

DEMONIA EICIENT LIN
GVIS LOQVENTVR NOVIS
SERPENTES TOLLENT ET
SI MORTIFERVM QVID
(a) BIBERINT NON (1) EOS NO
CEBIT. SVPER AEGROS
MANVS IMPONENT
ET BENE HABEBVNT
ET DNS QVIDEM IHS.
POSTQVAM LOCVTVS
EST EIS ASSVMPTVS
(b) EST IN CAELVM (2) ET SE
DIT A DEXTRIS DI.
ILLI AVTEM PROFECTI
PRAEDICAVERVNT
VBIQVE DNO COOPE
RANTE ET SERMO
NEM CONFIRMANTE
SEQVENTIBVS SIGNIS:
EXPLICIT EVVANGE
LIVM SECVNDVM
MARCVM.

---

(1) Vulg. *Eis*.
(2) *Et sedet &c.*

IN SACROSANCTUM EVANGELIORUM CODICEM S. EUSEBII MAGNI VERCELLENSIS EPISCOPI ET MARTYRIS

MANU CONSCRIPTUM

NOTAE, ET CONCORDANTES SS. PATRUM, atque aliorum MSS. Codicum Lectiones.

IN EVANGELIUM SECUNDUM MATTHAEUM

NOTAE, ET CONCORDANTES LECTIONES.

Col. I.

(a) QUamvis Vulgata Sacrorum Bibliorum Lectio habeat hoc loco: *Salmon autem genuit Booz de Rahab*: Codex tamen noster Eusebianus matris Booz nomen reticet. Id autem eâ de causâ factum fuisse conjicimus, doctissimo Calmet facem nobis praeferente, a primo illo Matthaei Interprete, qui Italicam Versionem adornavit, quòd nullibi in Scripturis veteris Testamenti memoretur Salmonis cum Rahab conjugium. Habetur tantùm Ruth Cap. IV. vers. 20. 21. & 22. *Aminadab genuit Nahasson, Nahasson genuit Salmon, Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed &c.* Quapropter Interpres ille fortasse arbitratus est nomen Rahab in Textum Matthaei irrepsisse, illudque idcirco sustulit. Apostolum tamen Matthaeum vetustam Hebraeorum traditionem secutum sic, ut in Vulgatâ nunc habemus, verè in Textu Evangelico scripsisse, nemo, quemadmodum putamus, ibit inficias, qui noverit ex Josepho contra Appionem Lib. I. pag. 1036. illustrium Familiarum Genealogias diligentissimè ab Judaeis servatas fuisse, & ex Eusebio Caesareensi Hist. Eccl. Lib. I. Cap. VII. Herodem Tabularia, in quibus haec monumenta servabantur, igne absumpsisse; quocirca potuit Evangelista Matthaeus vel ex traditione id discere de Rahab cum Salmone nuptiis, vel ex apographis apud privatos homines in usum peculiarem servatis cognoscere. Caeterùm etiam in eâ Versione, quam Pagninus adornavit, non legitur *de Rahab*.

Col. 4.

(a) Habet Vulgatus Textus: *Joseph virum Mariae, de qua natus est Jesus &c.* Aliter legit hoc loco Eusebianum Exemplar, quod nihilominus alibi Joseph virum Mariae appellat. Hìc autem scripsit, ni fallimur, Interpres: *Joseph, cui desponsata Virgo Maria genuit Jesum &c.* ut apertiùs significaret Mysterium Dominicae Incarnationis tunc contigisse, cùm nondum Maria Joseph tradita fuerat, sed tantummodo per verba, ut ajunt, de futuro initae erant nuptiae; id enim propriè indicat verbum illud *desponsata*, ut nemo ignorat, & hoc ipso in Capite legitur Col. 5. *Cùm desponsata esset Mater ejus Maria Joseph priusquam convenirent &c.* quae perpaucis immutatis habemus etiam in Vulgatâ.

(b) *Qui dicitur Christus*. Ita legit etiam S. Gaudentius Episc. Brixiensis Tract. I. Lect. Evang.

Col. 5.

(a) *Cum esset homo justus*. Haec eadem lectio occurrit in Codicibus vetustissimis Majoris-Monasterii, & S. Germani.

Col. 6.

(a) *Ex ea nascetur*. Sic & in Codice S. Germani, & apud S. Ambrosium de Institut. Virg. Cap. VIII. atque in Lib. II. de Spiritu Sancto Cap. V.

Col. 7.

(a) Isaiae Prophetae testimonium ex Cap. VII. v. 14 desumptum Interpres partim juxta Vulgatam ipsius Prophetae lectionem refert, partim juxta Vulgatam pariter lectionem Evangelistae Matthaei, qui scripsit *vocabunt* pro *vocabitur*. Advertat Lector optimus *noviscum* pro *nobiscum* in nostro Codice haberi, quod aliis quoque in locis reperiet; & hoc Graecorum more *b* pro *v*, & e contra *v* pro *b* passim usurpantium factum fuisse in Praefatione jam diximus, hìcque repetere sufficiat, ne crambem saepissimè recoquere opus sit. Lectionem Eusebianam hanc: *In utero concipiet* sequitur etiam Codex Majoris-Monasterii.

Col. 8.

(a) Legit Codex noster Eusebianus: *In Bethlem Civitate Judeae*: cùm Vulgata habeat tantùm *Bethleem Juda*. Primam lectionem in col. 9. repetit Codex, ut ibi dicemus. Audiendus autem hoc loco S. Hieronymus in Comment. scribens: *In Bethleem Judeae. Librariorum hìc error est. Putamus enim ab Evangelistâ primùm editum, sicut in ipso Hebraeo legimus, Judae, non Judeae &c.* Ex quo Hieronymi asserto hujus nostri Codicis antiquitas confirmatur. Alia quaedam MSS. sic legentia, ut noster habet, adnotavit Lucas Brugensis.

(b) *In Orientem*. Syntaxis certè docet legendum cum Vulgata: *In Oriente*. Putamus autem in Codice nostro Eusebiano hìc, & alibi, ita factum, ut hiatus ille, quem juxta se positae vocales literae pariunt, nisi consonans intercedat, auferatur; sequente namque: *In Oriente, & venimus*: cacophonia quaedam emergit. Fortasse priscis temporibus in vulgari sermone id usitatum erat, & communem consuetudinem Interpres etiam scripto servandam sibi esse arbitratus est.

Col 9.

(a) Vide Notas superioris Columnae eadem literâ.

(b) Testimonium hoc Prophetae sumptum est ex Michaeae Cap. V. v. 2. ut notissimum est omnibus in sacris Libris versatis. Cur igitur hìc pro Michaeâ Isaias reponitur? Non adeo infrequenter occurrere in antiquis Codicibus hujuscemodi nominum permutationes testem habemus S. Hieronymum, qui in Cap. XIII. Matth. exponens illa verba: *Ut impleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: Aperiam in Parabolis os meum, eructabo absconditа a constitutione mundi*; inquit: *Hoc testimonium de septuagesimo septimo Psalmo sumptum est. Legi in nonnullis Codicibus eo loco, ubi nos posuimus, & Vulgata Editio habet: Ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: ubi scriptum est: per Esaiam Prophetam dicentem*. Quam etiam lectionem Porphyrius ille, qui maledicta in Christi Religionem scripsit, secutus est. Nam S. Remigius in Catena S. Thomae in cit. locum Matthaei sic habet: *Porphyrius objecit Fidelibus: Evangelista vester tantae insipientiae fuit, ut quod reperitur in Psalmis ipse deputaverit Esaiae*. Caeterùm cùm non Isaias, Michaeas, aut quisvis alius Propheta divinam sibi ex propriis verbis auctoritatem nanciscatur, sed in eis omnibus Spiritus tantùm ille Sanctus, qui locutus est per Prophetas; nihil refert per quem locutus fuerit, modò certè locutus Spiritus ipse perhibeatur, & cognoscatur. Codex insuper noster ipsum Prophetae testimonium diversis a vulgato Textu & Michaeae, & Matthaei verbis exponit. Nam in Michaeâ sic scriptum est: *Et tu Bethleem Ephrata, parvulus es in millibus Juda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israël*. In Matthaeo verò: *Et tu Bethleem terra Juda nequaquam minima es in principibus Juda, ex te enim exiet Dux, qui*

regat

regat populum meum Israël. Mirum hoc nemini videatur, cùm doceat laudatus jam S. Hieronymus hic, & in Michaeam Cap. V. v. 2. & ad Pammachium, Matthaeum hoc loco testimonium Prophetae non de verbo ad verbum retulisse, cùm tamen indubium sit Evangelistam Prophetae ipsius sensum optimè fuisse assecutum, quod & de Codice nostro sentiendum.

(c) *Exiet Rex*. Bini alii Codices MSS. S. Gatiani Turonensis unus, alter verò Majoris-Monasterii hanc praeseferunt lectionem, verumtamen in primo superscribitur *Dux*. At S. Hilarius Tract. in Psal. 131. *Tu*, scribit, *Bethlehem Judae non es minima inter principes Juda: ex te enim exiet qui reget populum meum Israël*.

(d) *Occultè vocavit Magos*. Sic habetur etiam in alio MS. Codice S. Germani.

Col. 10.

(a) *Diligenter exquisivit ab eis tempus*. Consonant huic lectioni Codices tam S. Gatiani Turon., quàm S. Germani.

(b) *Ut & ego veniam, & adorem*. Paria leguntur in MSS. Codicibus S. Gatiani Turonen. S. Germani, & Majoris-Monasterii.

Col. 11.

(a) *Aurum, thus, & murra*. Constanter hìc Patres legerunt *Myrrham*, ubi in Codice nostro habemus *Murra*, prout hoc gummi sic exprimitur etiam in Evangelio Joannis Cap. XIX. v. 39. ubi Interpres noster scribit: *Ferens mixturam murrae &c.* Id Graecismo tribuendum, quo in Idiomate pro *y* solet pronunciari *v*. Intercidit etiam fortasse transversa linea *a* literae finali superposita, quae *m* signabat.

Col. 12.

(a) *Quaerat puerum istum perdere*. Eadem est lectio Codicis S. Gatiani Turonensis.

(b) *Surgens* pro *consurgens*. Tres MSS. Codd. Lucas Brugensis indicat, consentientibus Graeco & Syro, ubi idem occurrit.

(c) *Et abiit*. Sic & in Codice MS S. Germani. *Usque ad mortem Herodis*. Ita legit Codex quoque S. Gatiani Turonensis.

Col. 15.

(a) Singulari numero legitur in Codice nostro Eusebiano: *Defunctus est enim &c.* quod plurali effert Vulgata: *Defuncti sunt enim qui quaerebant animam pueri*. Unde sic ajebat S. Hieronymus: *Ex hoc loco intelligimus non solùm Herodem, sed & Sacerdotes, & Scribas eodem tempore necem Domini fuisse meditatos*. Nihil tamen obstat quin pluralis ille numerus ad Herodem tantùm referri possit, quemadmodum ad Pharaonem verba illa Domini Moysen alloquentis omni procul dubio referuntur, quae leguntur Exodi Cap. IV. v. 19. *Vade, & revertere in Aegyptum: mortui sunt enim omnes, qui quaerebant animam tuam*. Pharao enim, ut habemus Exodi Cap. II. v. 15. Moysen e medio tollere cupiebat, quòd Aegyptium, qui Hebraeum hominem opprimebat, occidisset: *Audivitque Pharao sermonem hunc, & quaerebat occidere Moysen*.

Col. 17.

(a) Hic Codex S. Gatiani Turonen. habet: *Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt prava in directa, & aspera in vias planas. Ipse enim Joannes &c.*

Col. 20.

Col. 20.

(a) *Ad radices*. Concordant hoc loco sic legentes MSS. Codices S. Gatiani Turonensis, atque S. Germani.

Col. 21.

(a) Lectionem hujus Eusebiani Codicis: *Triticum in borreo*: concordare cum Codicibus aliis MSS. testatur Lucas Brugensis, ubi habetur: *Triticum in borreum*.

(b) *Et cum baptizaretur, lumen ingens &c.* In narratione Baptismatis Salvatoris nostri nullibi apud Evangelistas occurrit quod narrat Eusebianus iste Codex de ingenti lumine, quod de aqua circumfulserit, & adstantes omnes timore repleverit. Hoc fortè in Graeco Textu olim habebatur, nisi nostra nos fallit opinio; quod ut suspicemur nos inducit nomen ipsum, quo Graeca Ecclesia Theophaniae Solemnitatem appellare consuescit, scilicet: *Sancta Lumina*; nam primariò Festum illud celebrat ad recolendum Redemptoris Baptismum, & aquam salutaris lavacri eadem die Sacerdotali benedictione sanctificare solet. Solemnis haec Benedictio legitur in Euchologio, quod edidit Jacobus Goar Ord. Praed. atque inter caeteras Orationes, una ibidem reperitur, cujus est initium: *Trinitas supersubstantialis*; inscriptumque habet: *Opus Sophronii Patriarchae Hierosolymorum*. Hic in Oratione circa finem nonnulla habemus, quae hujusmodi miraculum Graecis ignotum non fuisse significant. Illa verò sunt hujusmodi: *Viderunt te aquae Deus, viderunt te aquae, & timuerunt. Jordanis conversus est retrorsum, ignem Deitatis intuitus corporaliter descendentem, & in se subintrantem*. Et hùc fortasse respexit S. Gregorius Nazianzenus Orat. in Sancta Lumina, inquiens: *Christus ergo illuminatur, immò potiùs fulgore suo nos illuminat: Christus baptizatur &c.* Quid plura? Vetustatem Codicis nostri agnosce Lector, quòd cum antiquissimorum Patrum testimoniis consentiat; Justinus enim inclytus ille Evangelii testis, & venerandae antiquitatis index clarissimus in Dialogo cum Tryphone Judaeo §. 88. docet nos in haec verba: *Cùmque tum Jesus ad Jordanem fluvium venisset, ubi Joannes baptizabat, descendente Jesu in aquam etiam ignis accensus est in Jordane, eique ex aqua prodeunti Spiritum Sanctum instar columbae involasse scripserunt hujus ipsius Christi nostri Apostoli*. Igitur non est cur (ut doctissimus ille Monachus e Congregatione S. Mauri, qui S. Justini Opera vulgavit Parisiis anno MDCCXLII, in Notis ad eum locum adnotavit) Dodwellus existimaverit S. Martyrem fulgorem hunc Jordanis ex traditione didicisse, nam Codex noster apertè clamat scripta non defuisse Exemplaria Sacrorum Evangeliorum prioribus etiam saeculis, quae hujus ignis meminissent. Monachus etiam ipse, quamvis magnae Eruditionis Vir, tamen (absit injuria verbo) in eo lapsus fuisse videtur, quod putaverit nihil vetare, cur idem Justino factum dicamus, quod nonnullis aliis Patribus, qui libris apocryphis interdum uti non dubitarunt. Subdit Cl. V. hanc accensi ignis historiam lectam olim fuisse in Evangelio, quo utebantur Ebionitae, atque alio in Libro, qui inscribebatur *Pauli praedicatio*, ac ex turbidis hisce fontibus eam haurire potuisse Justinum. Sanè, teste eodem Monacho, Grotius ad Matth. XIII. 16. observat ejusdem, de quo agimus, ignis mentionem fieri in Liturgia Syrorum apud Severum Alex. de Rit. Baptismi. Cur igitur Justinus id hauserit, quod de igne Jordanis scripsit, vel ex traditione, vel ex apocryphis monumentis, non video, cùm adhuc S. Eusebii nostri saeculo in Matthaei Textu id apertè legeretur.

Col. 22.

(a) Vulgata noſtra docet Jeſum ipſum apertos coelos, & Spiritum Sanctum ſicut columbam ſuper ſe deſcendentem vidiſſe, & vocem de Coelis abſolutè factam: *Hic eſt Filius &c.* Euſebianus autem Codex narrat Joannem Baptiſtam Spiritum Sanctum deſcendentem ſuper Dominum vidiſſe, vocemque ad Jeſum ipſum factam: *Tu es Filius meus &c.* neque tamen inter ſe pugnant, quemadmodum non pugnat quod legitur in Evangelio Joannis Cap. I. v. 32. *Et teſtimonium perhibuit Joannes dicens: Quia vidi Spiritum deſcendentem quaſi columbam de coelo, & manſit ſuper eum.* Hanc eandem lectionem Codicis noſtri in alio MS. ſe vidiſſe aſſerit Lucas Brugenſis. At in Codicibus S. Gatiani Turonenſis, & Majoris-Monaſterii legitur: *Deſcendentem de coelo ſicut columbam venientem ſuper ſe.*

(b) *Tu es Filius meus dilectus, in quo bene complacui.* Paria ſunt quae S. Ambroſius de Spiritu Sancto Lib. II Cap. 6. ex Evangelio Matthaei habet: *Tu es Filius meus dilectiſſimus, in quo bene complacui.* Vulgatam tamen ſequitur Sanctus Praeſul Lib. de Incarnationis Dominicae Sacramento Cap. 6. Lectionem Euſebiani Codicis vetuſtiſſimam eſſe indicant ea, quae habentur apud S. Juſtinum Martyrem in Dial. cum Tryphone §. 88. nimirum: *Vox e coelo venit, quae per Davidem dicta fuerat, tamquam ex Chriſti perſona proferentem, quod ei Pater erat dicturus: Filius meus es tu; ego hodie genui te.* S. Epiphanius Haereſ. XXX. Ebion §. 13. ex Evangelio Ebionis, quod ipſum eſt ac aliud juxta Hebraeos, quamvis interpolatum, Fragmentum quoddam refert, ubi haec S. Juſtini lectio apparet; nam ſic ibi: *Et vox reddita de coelo dicens: Tu es Filius meus dilectus, in te mihi complacui. Et iterum: Ego hodie genui te.* Ipſa Aeterni Patris ad Filium verba in Matthaei Evangelio legit etiam S Hilarius in Comment. in Matth. Cap. II., & Lib. VIII. de Trinit. *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* At in Lib. II. de eodem argumento habet idem Hilarius: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo bene complacui.* Et ejuſdem Operis Lib. VI. *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo complacui.* Sed & S. Gaudentius Brixienſis in Reſponſ. ad Paulum Diaconum legit: *In quo bene complacui.*

Col. 23.

(a) *Vibet* pro *vivet*. Graecos etiam hoc loco legere *vivet*, ubi Vulgata noſtra habet *vivit*, nos docet Lucas Brugenſis, qui duo alia MSS. Exemplaria, Graecumque Textum Regiorum Bibliorum concordare aſſerit.

Col. 24.

(a) *Quia Angelis ſuis mandavit ut cuſtodiant te, & manibus tollant te &c.* Etiam Codex Majoris-Monaſterii hìc legit: *De te, ut cuſtodiant te, & in manibus &c.* S. autem Ambroſius Lib. I. de Cain, & Abel Cap. 5. integram periodum ſic reddit: *Et duxit illum in Hieruſalem, & ſtatuit eum ſuper pinnam Templi, & dixit illi: Si Filius Dei es, mitte te hinc. Scriptum eſt enim quod Angelis ſuis mandavit de te, ut conſervent te: quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* At Tertullianus adversùs Praxeam legit: *Si tu es Filius Dei, dejice te hinc. Scriptum eſt enim, quod mandavit Angelis ſuis ſuper te, ut te manibus ſuis tollant, necubi ad lapidem pedem tuum offendas.*

Col. 25.

(a) *Vade retrò Satanas.* Adverbium *retrò* omittit Vulgata. Lectio tamen Codicis noſtri temporibus S. Juſtini Mart. in uſu erat; nam in Dialogo cum Tryphone

 § 103.

§. 103. sic legimus : *Scriptum est in Commentariis Apostolorum diabolum illum ad eum accessisse , & tentasse , usque adeo , ut ei diceret :* Adora me ; *eique respondisse Christum :* Vade retro a me Satana : Dominum Deum tuum adorabis , & illi soli servies . „ Adverbium ipsum *retrò* extat quoque in Codice Evangelii S. Matthaei a Martianaeo edito , & in MS. Cantabrigiensi . Ipsum etiam legit S. Augustinus Tract. I. in Joan. scribens : *Christus diabolo praecipitium suggerenti respondit : Redi retrò Satanas .* Reperit illud Lucas Brugensis in quinque MSS. & Textu Graeco Regiorum Bibliorum . Tertullianus verò adversùs Gnosticos singularem hujus loci lectionem affert in haec verba : *Recede Satanas , scandalum mihi es . Scriptum est : Dominum &c.* Sed quod paulò ante habemus in nostro Codice, nimirum : *Haec omnia tibi dabo , si procedens adoraveris me ;* ubi *procedens* pro *procidens* ; occurrit etiam in aliis vetustiorum Patrum scriptis ; ut apud S Hilarium Tract. Psal. 118 legentem : *Omnia haec tibi dabo , si procidens adoraveris me* ; & S. Ambrosium de Tobia Cap 9 *Haec omnia tibi dabo , si procidens &c.* quae verba S. Doctor repetit in Expositione ejusdem Psal. 118. Cap. 12.

Col. 26.

(a) *Quod Johannes traditus est .* Consonat Codici nostro MS. Exemplar Majoris-Monasterii habens : *Quia Joannes traditus est .* Ita etiam S. Gaudentius Brixiens. ad Neophytos Serm. XII. sic & Origenes Homil. XIV. in Lib. Josue.

Col. 28.

(a) Constanter hoc in Codice pro *Rete retis* , legitur *Retia retiae* foeminino genere. Vetus hoc est Latinum vocabulum fortasse adhuc vulgò usurpatum cùm Italus Interpres vivebat . Nam Plautus in Rudente scripsit :

Jam nunc & operam ludos facit , & retiam .

Sic enim vetera habent MSS. Exemplaria , quamvis *Retia* legatur in Editis .

Col. 31.

(a) *Aperuit os suum , & docebat .* Ita legunt etiam Codices Majoris-Monasterii, & S. Germani , sed & S. Ambrosius Comment. in Lucam Lib. V. secundam Beatitudinem : *Beati mites , quoniam ipsi haereditate possidebunt terram* : totidem verbis citat ut & S. Augustinus Lib. I. de Sermone Domini in Monte Cap. I.

Col. 32.

(a) Hic quoque legit S. Augustinus loc. cit. Cap. II. *Beati misericordes , quoniam ipsorum miserebitur Deus .* S. verò Hilarius Comment. in Matth Cap IV *Beati misericordes , quoniam ipsis miserebitur Deus .* Quae verba habentur quoque apud S Ambrosium de Officiis Lib. I. Cap. XVI.

(b) Eadem lectio placuit S. Augustino : *Beati eritis , cùm vobis maledicent , & persequentur vos , & dicent omne malum &c.* : Et S. Hilario , qui in Lib. contra Constantium integram hanc periodum verbis Codicis nostri Eusebiani recitat hoc modo : *Beatis estis , cùm vos maledicent , & persequentur , & dicent omne malum adversùm vos propter justitiam . Gaudete , & exultate , quoniam merces vestra copiosa est in coelo . Sic enim persecuti sunt & Prophetas , qui erant ante vos .* Eadem usque ad *sic enim* : habet S. Ambrosius de Off. loco cit.

Col. 33.

(a) *Ultra* omittunt & Codices MSS. Majoris-Monasterii, ac S. Germani; sed & S. Hilarius Comment. in Matth. Cap. IV. sic enim legit: *Vos estis sal terrae. Quod si sal infatuatum fuerit, ad nihilum valet id quod salietur.*

Col. 34.

(a) *Magnificent Patrem vestrum.* Hac phrasi utitur idem S. Hilarius in Tract. Psal. 61. ajens: *Sic luceant opera vestra coram hominibus, ut magnificent Patrem vestrum, qui est in coelis*: Et in Tract. Psal. 65. *Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & magnificent &c.* Eadem occurrit in MSS. Majoris-Monasterii, & S. Germani.

Col. 36.

(a) *Qui irascitur fratri suo sine causa.* Lectionem hanc Codicis nostri vetustissimam esse comprobat S. Justinus Mart. in Epistola ad Zenam, & Serenum, inquiens: *Scriptum est enim: Quicumque irascitur sine causa fratri suo, reus erit judicio.* Sed quoniam non desunt, qui Epistolam illam Justino abjudicent, eam lectionem adhuc S. Augustini aetate in Evangelicis Codicibus fuisse ostendit ipsemet S. Doctor Lib. I. de Serm. Dom. in Monte Cap IX. inquiens: *Justitia Pharisaeorum est, ut non occidant; justitia eorum, qui intraturi sunt in regnum coelorum, ut non irascantur sine causa &c.* Sic ante S. Hieronymum lectum fuisse affirmat Lucas Brugensis afferens MSS. Codices, Graecum etiam, & Syrum Bibliorum Regiorum. Additamentum *sine causa* habetur etiam in Codicibus Majoris-Monasterii, & in edito Martianaei.

Col 37.

(a) *Reconciliare* imperandi modo hoc loco legere Codices Brugensem, Lobbiensem, ac plura alia MSS. Exemplaria, consentientibus Graeco & Syro, Bibliisque Regiis, Lucam Brugensem habemus testem.

Col. 40.

(a) Post illa verba: *Facit eam moechari*: subdit Vulgata nostra: *Et qui dimissam duxerit adulterat* Haec verba desunt in Codice nostro Eusebiano. S. Augustinus de adulterinis conjugiis Cap. X. adnotavit pericopen hanc in nonnullis Codicibus Graecis, & Latinis desiderari. Quapropter hoc etiam argumentum est vetustatis hujus Autographi.

Col. 42.

(a) Conjunctionem *&* hoc loco in aliis etiam Exemplaribus deesse docet Lucas Brugensis. Deest sanè apud S. Hilarium Comm. in Matthaeum Cap. V.

Col. 43.

(a) *Et odies.* Lectio eadem est Codicum Majoris-Monasterii, & editi a Martianaeo, immo & S. Hilarii loc. cit.

Col 46.

(a) *Reddet tibi in palam.* Parisiensem Codicem unum addentem *in palam* citat Lucas Brugensis, affirmans hoc vel accommodatum esse ad Graecum, vel sequi Versionem Antehieronymianam, qualis nostra est.

Col. 48.

(a) *Cottidianum*. Quosdam Codices cum nostro legere *quotidianum*, ubi Vulgata habet *supersubstantialem*, ait Lucas Brugensis, sentiens ita scriptum fuisse ante S. Hieronymum. Cum nostro certè consentiunt Codices S. Gatiani Turonensis, Majoris-Monasterii, & Versio Italica S. Matthaei a Martianaeo edita. Sed in Turonensi eadem manu superscriptum est *Supersubstantialem*.

Col. 49.

(a) *Amen*. Omittunt hìc etiam Codices S. Gatiani Turonens. Majoris-Monasterii, & Versio Italica Martianaei.

(b) *Ut pareant hominibus*. Sic alios quoque habere Codices novimus ex Luca Brugensi. Sic legunt etiam Codex S. Gatiani Turonensis, & editus a Martianaeo. S. Hilarius quoque in Comment. in Matth. Cap. V. legit: *Ut pareant hominibus*.

Col. 50.

(a) Conjunctionem *quia* prout legitur in Vulgata retinendam esse putamus cum Luca Brugensi, si autem omittatur sensum non variat, ut in nostro Codice.

(b) *In absconso*. Ita & Codex S. Gatiani Turonensis.

(c) *Ubi erugo & tinea exterminat*. Ita legit etiam S. Ambrosius Expositionis in Psal. 118. Serm. XII. Sed in Lib. I. de Spititu Sancto Cap. XVI. aliter habet, nimirum: *Ubi neque erugo, neque tinea exterminat*; quod etiam legimus in Codice nostro Col. sequenti. S. Cyprianus utroque loco legit ipse quoque *exterminat* Lib. de Opere, & Eleemosynis.

Col. 51.

(a) *Ibi erit & cor tuum*. Eadem occurrit lectio apud eundem S. Cyprianum loco cit. & S. Ambrosium Lib. II. de Jacob, & Vita beata Cap. V. Consentiunt etiam Codices S. Gatiani Turonens. Majoris-Monasterii, & S. Germani.

Col. 52.

(a) *Tenebrae tuae quantae sunt*. Sic legit & Codex S. Gatiani Turonensis. Periodum integram S. Hilarius in Tract. Psal. 138. pluribus in locis nostro Exemplari consonam habet, videlicet: *Lucerna corporis tui est oculus tuus: Si oculus tuus simplex est, totum corpus tuum erit lucidum: si autem oculus tuus nequam est, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est tenebrae sunt, tenebrae ipsae quantae erunt?* Codici nostro consonat Origenes Homil. XVII. in Josue.

Col. 53.

(a) *Et corpus quàm vestimentum*. Paria sunt quae habentur in MS. Codice Monasterii Corbejensis. Apud S. Hilarium Comment. in Matth. Cap. V. haec periodus ita exhibetur, nec longè abest a lectione Exemplaris Eusebiani: *Ideo vobis dico: ne cogitetis in corde vestro, quid manducetis, neque corpori vestro, quid vestiatis. Nonne anima vestra pluris est quàm esca, & corpus pluris est quàm vestimentum?*

Col. 54.

(a) *Vestiebatur*. Sic in Codice etiam Majoris-Monasterii.

Col. 57.

(a) *Ecce trabis est in oculo tuo*. Antiquos alios Codices habere *trabes* pro *trabs* testatur Lucas Brugensis; utramque certè formulam Latinis non ignotam fuisse compertum est.

Col. 58.

(a) *A quo petit*. Majoris-Monasterii Codex hoc loco cum nostro consentit.

Col. 59.

(a) *Bona*. Jam pridem ex hoc loco sublatum verbum hoc asserit Lucas Brugensis. Ergo erat in antiquis Codicibus; & certè illud legit S. Cyprianus de Orat. Dominica, scribens: *Quaecumque volueritis ut faciant vobis homines bona, ita & vos facite illis*. Particulam *ita* nedum S. Cyprianus, verumetiam S. Augustinus, ut testis est Lucas Brugensis, adstipulantibus Graecis plerisque Codicibus, ac Syriacis, usurparunt.

Col. 62.

(a) Hic versiculus: *Discedite a me &c.* desumptus est ex Psalmo VI. v. 9. ubi tamen legitur: *Discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem*. At verò in Evangelio Lucae Cap. XIII. v. 17. habet etiam Vulgata nostra: *Discedite a me omnes operarii iniquitatis*. Hanc Versionem utroque loco & Matthaei, & Lucae in hoc reperies Codice. Sic & Origenes Hom. IV. in Genesim.

Col. 64.

(a) Quosdam alios vetustiores Codices conjunctionem *&* hoc loco omittere advertit Lucas Brugensis.

Col. 67.

(a) *Servo meo dico, fac hoc*. Idem habetur etiam aliis Codicibus MSS. Majoris-Monasterii, & S. Germani.

(b) In Codice Turonensi S. Gatiani hìc legitur: *Apud nullum inveni*.

Col. 69.

(a) *Et ejiciebat spiritus immundos verbo*. Sic etiam habet Codex S. Gatiani Turonensis, & alius Majoris-Monasterii. S. Hilarius quoque Comment. in Matth. Cap. VII. legit: *Spiritus immundos*.

Col. 70.

(a) Non habet Vulgata nostra *Discipulos suos*; verba tamen ista in MSS. aliquot Codicibus Lucas Brugensis animadvertit. Illa habet etiam S. Hilarius loco superiùs citato.

(b) Conjunctionem *&* hìc desiderari in Codicibus quoque Brugensi, & Lobbiensi asserit Lucas Brugensis.

(c) *Nidos ubi requiescant*. Lectio eadem occurrit apud S. Ambrosium Hexaem. Lib. VI. Cap. 8. Sic & in Codice MS. Majoris-Monasterii, & in eo, quem Martianaeus edidit.

(d) *Caput suum*. Hoc a Syro Interprete pro linguae suae more additum notat Lucas Brugensis. Habetur etiam apud S. Ambrosium loco citato.

Col. 72.

(a) Quae hic desiderantur verba, nimirum : *ad eum Discipuli ejus* : quosdam alios vetustiores Codices non habere docet Lucas Brugensis .

(b) Nomen *Jesus* , ut in nostro , ita etiam in multis aliis Latinis Exemplaribus deesse , omitti a Graecis quoque , quamvis legatur in Syro, idem Brugensis admonuit . Quod sequitur : *Tunc surgens imperavit vento & mari* : habemus etiam apud S. Ambrosium in Lucam Lib. VI.

Col. 74.

(a) *Pascentium* . Sic reperitur in Codicibus etiam S. Gatiani Turonensis , S. Germani , & Majoris-Monasterii .

(b) Graeci , Syri , & plerique alii MSS. Codices adverbium *hinc* cum nostro consentientes omittunt , ex Lucae Brugensis testimonio ; omittit Codex etiam Majoris-Monasterii .

Col. 81.

(a) *Jejunabunt in illis diebus* . S. Ambrosius in Epistola VI. ad Irenaeum sic & ipse legit , eademque verba exhibet etiam Codex Majoris-Monasterii .

(b) *Peribit* . Habent hoc verbum Codices quoque S. Gatiani Turonensis , Corbejensis , ac Versio Italica Matthaei a Martianaeo edita .

Col. 82.

(a) Tres MSS. Codices Lucae Brugensis , & unus Clarmariscensis Ecclesiae , consentientibus Graeco , & Syro Interpretibus , hic aequè ac noster non legunt *Domine* .

(b) *Tuam* . Hoc adjectivum reticet etiam S. Hilarius Comment. in Matth. Cap. IX. scribens : *Veni , & pone manum super eam* .

Col. 83.

(a) *Tubicines* legit Interpres noster , meliùs tamen legendum *Tibicines* , ut in Vulgata habemus ; cùm hic agatur de puella mortua Minoris etenim aetatis funera ad tibiam proferri consuevisse , sicut majoris ad tubam , notavit Servius in Aeneid. V. ad illa verba : *laudumque arrecta cupido* Romanos tibiis usos fuisse nedum in laetis , sed & in tristibus memorat Ovidius Fast. Lib. VI.

Cantabat Fanis , cantabat tibia ludis ,
Cantabat moestis tibia funeribus .

Ut plurimùm tamen in his funeribus tibiis canebant , quae tenerorum erant puerorum , vel puellarum , ut patet ex Statio Lib. VI. Thebaid.

Tibia , cui teneros suetum producere manes .

Apud Judaeos autem non tubâ , sed tibiis funera duci consuevisse , cujuscumque illa essent aetatis , liquet ex Josepho de Bello Judaico Lib. III. Cap. XV. ubi ob falsum rumorem mortis suae Jerosolymam perlatum scribit adeò doluisse populum universum , *ut per triginta dies fletus & lamentatio in civitate non cessarint , plurimosque conduxerint tibicines , qui sibi lessu praeirent* . Quo ex testimonio conjiciendum est postremis saltem Reipublicae suae temporibus Judaeos hunc morem a Graecis , atque Romanis , quibus permixti erant , mutuatos fuisse ; nam in Veteris Testamenti Libris nulla tibiarum tubarumve mentio occurrit , quinimmo *Musica in luctu importuna narratio* habebatur , ut legimus Eccli. Cap. XXII. v. 6.

Col. 86.

Col. 86.

(a) *Mutum, & surdum Daemonium*. Sic habet & Codex S. Gatiani Turonensis, consonantibus aliis S. Germani, & Majoris-Monasterii.

(b) Quod addit hìc Codex noster: *Et multi secuti sunt eum*: adjectum est etiam apud Gothicum Interpretem, & in MSS. Codice S. Germani.

Col. 88.

(a) *Tholomaeum* hìc habemus pro *Bartholomaeum*; prout Vulgata legit. Bartholomaeus sanè derivari potest a Syriaco *Bar* Filius, & *Ptolomaeus*, quod est Bellator; sive reddi potest *Bar-tholeb-mai*, ideſt *Filius suspendentis aquas*.

Col. 89.

(a) *Judas Zelotes*. Sic etiam Codex S. Gatiani Turonensis.

Col. 93.

(a) *Stabitis*. Hoc verbo utitur etiam S. Hilarius in Tract. Psal. 118. ubi hanc periodum sic refert: *Tradent enim vos, & flagellabunt in Synagogis, & stabitis ante reges, & potestates in testimonium illis, & gentibus*. Sed & apud S. Cyprianum Moyses, & caeteri ad eundem Cyprianum scribentes in Epist. quae numero est XXVI. legerunt: *Ante reges & potestates stabitis*. Ex Versione autem Codicis nostri Eusebiani desumptum videtur Responsorium tertium in Communi Officio Apostolorum: *Dum steteritis ante reges & praesides &c.* in Romano Breviario. Quam etiam lectionem esse vetustissimam, & ante S. Hieronymi tempora usitatam comprobant Acta S. Luciae, ubi Virgo & Martyr invicta sic Paschasio respondens inducitur: *Dei servis verba deesse non possunt, quibus a Christo Domino dictum est: Cum steteritis ante reges &c.* Ad hunc locum quoque atque Versionem Fideles priorum saeculorum respexisse videntur, apud quos *Stantes* appellabantur, qui in semel emissa coram Tyrannis confessione Fidei persistebant immobiles, de quibus & S. Cyprianus imprimis, & Patres alii centies meminere.

Col. 94.

(a) Additio haec, quam profert Codex noster: *Quod si in alteram persequentur vos, fugite in aliam*, quaeque in Vulgata desideratur, extat etiam apud S. Ambrosium de Fuga saeculi Cap. IV. *Quod si in alia persequentur vos, in aliam fugite*. Eam insuper in aliquot Apographis Graecis reperiri testatur Eruditissimus Domnus Augustinus Calmet ad hunc locum, citato etiam Millio. Lucas quoque Brugensis veterem Ecclesiae suae Codicem profert, ubi additur: *Et cùm in aliam persequentur vos, fugite in tertiam*. Haec lectio occurrit etiam in Codice S. Gatiani Turonensis, at in Versione Italica a Martianaeo edita legitur: *Quod si in aliam persequentur vos, fugite in alteram*.

Col. 95.

(a) *Beelzebul* pro *Beelzebub* & hìc, & alibi legitur in Codicibus Corbejensi, S. Gatiani Turonens. & Majoris-Monasterii, quin & Versio Italica Martianaei cum Codice nostro consentit referens *Belzebul*. Auctor etiam Quaestionum & Responsionum ad Orthodoxos (quod Opus sub S. Justini Martyris nomine olim circumferebatur) quisquis ille sit, locum hunc Evangelii S. Matthaei sic citat: *Si Dominum domus Beelzebul appellaverunt*. Syrus tamen Interpres, Latini veteres, & Hebraeus sermo habent *Beelzebub*. *Beelzebul* verò pronunciationis vitio inductum videtur, quòd in postremas literas vocum praesertim exoticarum saepissimè peccare contingat. Col. 97.

Col. 97.

(a) *Sine voluntate Patris vestri*. Eadem lectio occurrit apud S. Cyprianum in Epist. LV. ad Cornelium; sic enim ibi: *Nonne duo passeres asse veneunt: & neuter eorum cadit in terram sine Patris voluntate?* S. verò Hilarius Comment. in Matth. Cap. X. ita hunc locum citat: *Et unus ex illis non cadit in terram sine voluntate Patris vestri?* Et de Trinitate Lib. VI. consonat omnino cum Codice nostro legens: *Et unus ex illis non cadit super terram sine voluntate Patris vestri?* Concordant etiam Codici Eusebiano Exemplar MS. S. Gatiani Turonen. & Versio Italica Martianaei.

(b) *Sed & capilli capitis vestri numerati sunt*. Ita quoque in citato Lib. IV. de Trinitate habet S. Hilarius. Conjunctionem autem *&* Lucas Brugensis in plerisque Libris tam MSS., quàm impressis interjici testatur.

Col. 99.

(a) *Plusquam me*. Ita legunt hoc loco etiam Codices MSS. Turonensis S. Gatiani, & alius S. Germani.

Col. 101.

(a) *Johannes autem cùm audisset in carcere opera Christi &c.* Ipsissimam lectionem secutus est S. Hilarius Comment. in Matth. Cap. XI. ubi etiam reticet, aequè ac nostrum Exemplar Eusebianum, numerum discipulorum a Joanne ad Dominum ablegatorum. Duos eos fuisse narrant & Vulgata, & Exemplaria Graeca; sed Codex noster, & Hilarius habent simpliciter: *mittens discipulos suos*; cui lectioni consonat etiam vetus MS. Graeco-latinus Cantabrigiensis, quem citat Dom. Augustinus Calmet, ubi legitur: *mittens per discipulos suos*. Postremam hanc Versionem secutos fuisse Interpretes Gothicum, Persum, Armenum, & Syrum Eruditissimus idem Vir advertit, addens Juvencum Presbyterum, Sanctosque Ambrosium, & Hilarium jam citatum, numerum hunc discipulorum, quos Joannes misit ad Christum, reticuisse.

Col. 102.

(a) *Audistis, & videtis*. Ita vertit etiam Santes Pagninus.

Col. 104.

(a) *Faciem meam*. Cùm verba haec desumpta sint ex Malachiae Cap. III. v. 1. ubi legimus: *Ecce ego mitto Angelum meum, & praeparabit viam ante faciem meam:* mirum non est si Interpres noster hoc testimonium ad literam protulit *meam* scribens, non *tuam*, ut habet Vulgata. Nemo tamen Vulgatae lectionem incusabit, qui noverit ex S. Hieronymo in Isaiam Lib. III. Cap. VII *In multis testimoniis, quae Apostoli, vel Evangelistae, de Libris veteribus assumpserunt, curiosiùs attendendum est, non eos verborum ordinem secutos esse, sed sensum.*

Col. 105.

(a) *Et cogentes deripiunt illud*. Integra periodus haec totidem verbis exhibetur a S. Ambrosio Lib. I. de Cain & Abel Cap. IV. ubi sic: *A diebus Joannis Baptistae regnum coelorum cogitur, & cogentes diripiunt illud*. Quae verba sic citat ipse S. Doctor consonanter cum Codice nostro etiam in Enarratione Psalmi XLIII. & Lib. V. in Lucam; & in Epistola ad Vercellenses. Verbum verò *diripiunt* occurrit apud S. Hilarium in Tract. Psalmi 2 ita locum hunc citantem: *A diebus autem Joannis regnum coelorum vim patitur, & vim facientes diripiunt illud*. Id repetit quoque in Tract. Psal. 134 & in Comment. in Matth. Cap. XI. sic & Origenes Hom. XVI. in Numer. Idem verbum habent MSS. aliquot Codices testibus Luca Brugensi, & Domno Augustino Calmet.

Col. 113.

Col. 113.

(a) *Dominus est enim Sabbati Filius hominis*. Sic construit etiam Codex Corbejensis.

Col. 116.

(a) *Fumigantem*. Reperitur in Codicibus quoque S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii.

Col. 117.

(a) *Donec ejiciat in victoria judicium*. Lectionem Codicis nostri sequitur etiam S. Ambrosius Enarrat. Psal. 43

(b) *Homo Daemonium habens*. Addunt *Homo* etiam Codices S. Gatiani Turonensis, Majoris-Monasterii, & S. Germani.

Col. 118.

(a) *Beelzebul*. Vide Notam ad Col. 95. Origenes Lib. II. contra Celsum *Beelzebul* legit & ipse. Verbum autem *Daemonia* habemus hoc loco apud S. Ambrosium Lib. II. de Poenitentia Cap. IV.

Col. 119.

(a) *Judices erunt vestri*. Ita legitur etiam in Codice Corbejensi. *Si autem in spiritu Dei ego ejicio Daemonia*. Reticet S. Ambrosius pronomen *ego* in altera Apologia David Cap XII. nam ibi sic citatur hic locus: *Quod si in spiritu Dei ejicio Daemonia*: sed habet illud in Enarrat Psal. 43. & quidem eo loco, quo Eusebianus Codex noster, nimirum: *Quod si in spiritu Dei ego ejicio Daemonia*; idque similiter repetit Lib. III. de Spiritu Sancto Cap. XX.

Col. 122.

(a) *Unusquisque enim ex verbis suis justificabitur, aut condemnabitur*. Habet hoc loco MS. Codex Corbejensis: *Unusquisque enim ex verbis suis condemnabitur*.

Col. 123.

(a) *Viri Ninevitae resurgent*. Lectio Corbejensis Codicis eadem est, sed ibi habetur *in judicium*.

Col 124.

(a) *Quia venit ab ultimis partibus terrae*. Sic legitur in eodem MS. Corbejensi, & apud S. Hilarium in Tract. Psal. 2.

Col 125.

(a) *Invenit vacantem*. Tria MSS optimae notae hìc omittere pronomen *eam*, ut in nostro Codice, consentiente etiam Graeco, ait Lucas Brugensis.

(b) *Spiritus nequiores quàm se*. Eadem est lectio Corbejensis.

(c) *Pejora magis quàm priora*. Aequè ac in nostro habetur in eodem Corbejen. MSS. *Sic erit generationi huic pessimae*. Conjunctionem *&* omittit hoc loco S. Hilarius quoque Comment in Matth. Cap. XII.

(d) *Haec eo loquente ad turbas*. Sic & Corbejensis.

Col. 126.

( ) *Loqui cum eo*. Consonat idem Corbejensis Codex, quod etiam Lucas Brugensis reperit in aliis nonnullis Codicibus, aequè ac in Graeco.

Col. 127.

(a) Etiam in Corbejensi legitur : *Exiit Jesus, & sedebat* ; doctissimus autem Calmet notat recentiore manu additum in eo Codice: *Exiit de domo*. S. Hilarius Comment. in Matthaeum Cap. XIII. ita hunc locum refert : *In illa die exiit Jesus, & sedebat secus mare*.

(b) Hic Corbejensis sic vertit : *In naviculam ascenderet sedere, & omnes turbas stabant.* At S. Hilarius loco jam citato habet : *Et congregatae sunt ad eum turbae, ita ut in naviculam adscenderet*.

Col 128.

(a) *Et venerunt volucres*. Sic legit & citatus Codex Corbejensis. Verbum *Coeli* in aliis optimis MSS. non haberi, quemadmodum in Graecis quoque ac Syris patet ex Lucae Brugensis testimonio.

Col. 130.

(a) *Mysterium regni*. Ita legentes consentiunt cum nostro Codices Majoris-Monasterii, & S. Germani.

(b) *Impletur*. Habet Corbejensis : *Implebitur in eis Prophetia Isaiae*.

Col. 133.

(a) In eodem Corbejensi Codice sic legitur hoc loco : *Solicitudo saeculi, & voluptas divitiarum*. Sed manus recentior addidit : *Fallacia*.

Col. 136.

(a) *Colligate ea fasciculos*. Santes Pagninus vertit : *Colligate ea in fasciculos* : Corbejensis verò, S. Gatiani Turonensis, & S. Germani cum nostro consentiunt.

Col. 137.

(a) *Major fit omnibus boleribus*. Eadem habet Codex Corbejensis ; consentitque S. Ambrosius in Lucam Lib. VII. legens : *Minimum quidem est omnibus seminibus, fit autem, cùm creverit, majus omnibus oleribus*.

Col. 138.

(a) Hoc loco in Codice Corbejensi legitur : *In farinae mensuris tribus*. S. Cyprianus in Exposit. Symboli Apostolorum sic citat : *Quod abscondit mulier in farinae mensuris tribus*.

(b) *Eructabo absconsa ante constitutionem mundi*. Consonat MSS. Exemplar Corbejense.

Col. 139.

(a) Etiam Codices S. Gatiani Turonensis, S. Germani, & Corbejens. legunt : *Parabolam tritici, & zizaniorum agri*.

Col. 140.

(a) *Filii sunt nequitiae*. Ita & Corbejensis.

Col. 141.

(a) *Quem cùm invenit homo*. Consentit cum nostro Codice citatus Corbejensis.

Col. 142.

(a) *Homini negotianti quaerenti bonam margaritam*. Sic Corbejensis quoque. *Negotianti* habetur & apud S. Ambrosium Lib. II. de Abraham Cap. IX.

Hic

(b) Hic in Codice Corbejensi habemus : *Reti misso in mare , quod ex omni genere piscium collegit* . At S. Ambrosius Hexaemeron Lib. V. Cap. VI *Simile est regnum coelorum reti misso in mare , quod ex omni genere piscium congregavit* : hunc locum retulit , eadem repetens de Virginitate Cap. XIX. Origenes Homil. VII. in Leviticum eadem legit ac S. Ambrosius , praeter ultimum verbum , quod est *colligit* .

Col. 143.

(a) In Corbejensi : *Cùm autem esset impletum , eduxerunt id ad littus , & sedentes elegerunt optimos in vasis , malos autem projecerunt foras* . In cit. loco Hexaem. S. Ambrosius habet : *Cùm autem esset impletum , duxerunt id ad littus , & sedentes elegerunt optimos in vasis suis , malos autem foras miserunt* . Origenes ubi supra sic legit : *Et cùm repletum fuerit , sedentes supra littus condunt eos , qui boni sunt , in vasis , qui autem mali foras mittuntur* .

Col. 144.

(a) *Dicunt ei : Utique* . Sic etiam in Corbejensi ; sed Codex S. Gatiani Turonensis legit : *Etiam Domine* ; & alius S. Germani : *Utique Domine* .

Col. 145.

(a) *Filius Joseph fabri* . Ita etiam Corbejensis .

Col. 146.

(a) *Et ideo non fecit* . Eadem lectio est Codicum quoque S. Gatiani Turonens. Majoris-Monasterii , & S. Germani .

Col 147.

(a) *In medio triclinio* . Verbum hoc postremum glossam esse , non textum , asserit Lucas Brugensis ; illud tamen legit aequè ac Codex noster alius Majoris Monasterii , & S. Germani , sicut & Gothicus Interpres .

Col. 148.

(a) Corbejensis Codex habet : *Herodes propter juramentum , & propter simul recumbentes* ; & recent. manu : *Propter juramentum autem* . Lectionem eandem sequitur Codex Majoris-Monasterii ; at in alio S. Germani : *Propter simul recumbentes* .

Col. 149.

(a) *Ejus* . Verbum hoc desiderari plerisque in Codicibus non infimae notae adnotavit Lucas Brugensis .

(b) Habemus etiam in Corbejensi MSS. *Quo audito Jesus secessit inde in navicula* .

(c) In eodem Exemplari : *Et vidit turbam multam misertus est illi* . Additum est recentiore manu : *Exiens vidit* .

Col. 152.

(a) *Exceptis pueris , & mulieribus* . Eadem est lectio MSS. Codicis Corbejensis ; eadem Versionis editae a Martianaeo ; eadem demum S. Ambrosii in Lib. de Virginitate Cap. VII

(b) *Discipulis* . Sic habet & Corbejensis .

(c) *Praecedere trans fretum* Pronomen *eum* etiam Corbejen. MSS. omittit .

(d) Lectio Corbejensis est : *Erat enim illis ventus contrarius* .

Col. 153.

(a) *Constantes estote, nolite timere, ego sum*. Hanc lectionem praefert etiam Corbejen.

Col 154.

(a) *Super aquam*. Praeter Corbejensem Codicem hac usus est lectione S. Ambrosius in Exposit. Psalmi 118. Serm. XIV. Idem verò S. Doctor Lib. I. de Interpellatione Job, & David Cap. V. & Lib. II. de Fide Cap. VI. cum Vulgata legit: *super aquas*.

Col. 157.

(a) *Patrem tuum*. Illud *tuum*, quod in nostro habemus Eusebiano Apographo, antiquorum Codicum alios reddere, alios praetermittere ex Luca Brugensi novimus. *Tuum* verò, & *tuam* habet etiam MS. S. Tatiani Turonensis.

Col. 158.

(a) *Quodcumque ex me*. A multis aliis MSS. Codicibus abesse hic verbum *est* afferit Lucas Brugensis.

(b) *Non honorificavit*. Eadem est lectio Corbejensis Exemplaris. S. autem Ambrosius Comment. in Lucam Lib. VIII. versiculum sic exhibet: *Quicumque dixerit; munus quodcumque est ex me, tibi proderit, non honorificabit patrem, aut matrem.*

(c) *Verbum Dei*. Consentit etiam Corbejensis.

(d) *Plebs haec labiis me honorat*. Eadem quoque Codex praecitatus habet.

Col. 159.

(a) *Inquinat hominem* utroque loco legit etiam Santes Pagninus.

Col. 160.

(a) *Sinite illos caeci sunt, duces caecorum*: Conjunctionem *&* deesse testatur Lucas Brugensis in quibusdam aliis optimis MSS. prout etiam in Graeco, & Syro. Desideratur sanè in Corbejensi, & apud S. Cyprianum de Unitate Ecclesiae.

Col. 163.

(a) *Non licet accipere panem filiorum*. Eadem verba exhibet Codex Corbejensis, quae extant quoque apud S. Ambrosium Enarrat. in Psal. 43. At S. Hilarius Comment. in Matth. Cap. XV. omnino refert lectionem Codicis nostri, sic: *Non licet accipere panem filiorum, & dare canibus*.

Col. 165.

(a) *Clodos* pro *claudos* saepiùs hoc in Codice Eusebiano reperies Lector, atque ita olim pronunciatam arbitramur Diphtongum *au*, ut quodamodo *o* clausum redderet, quemadmodum adhuc aetate nostra Transalpini proferre consuescunt *Claudos*, *caecos*, *debiles*, *mutos*, ut in nostro in Codice etiam in Corbejensi legitur.

(b) Quae hìc addit Vulgata certissimè sunt retinenda. Animadvertendum tamen (quod etiam Domnus Calmet hoc loco monuit) Textum Graecum verbis Vulgatae addere: *Et debiles sanatos*; credibileque esse veterem Vulgatae Auctorem haec in Codice suo non legisse. S. Augustinus, S. Hieronymus, & Interpretes Coptus, Arabs, Aethiops, & quidam Graecorum MSS. Codices aequè ista non habent.

(c) *Quia triduum est jam quod perseverant mecum*. Verba ipsa occurrunt quoque in MS. Corbejensi. S. Ambrosius Hexaemer. Lib. V. Cap. XV. cum Codice nostro

ſtro fermè conſentiens legit : *Miſereor hujus turbae , quia triduum eſt quod perſeverant mecum , & non habent eſcam* . Et Lib. II. Cap. VII. de Interpellatione Job, & David: *Triduum habent quod perſeverant mecum* . Sed & in Luc Lib. VI. *Miſereor hujus turbae , quia triduum eſt jam quod perſeverant mecum* . Verſiculum integrum ſic citat S. Hilarius Comment. in Matthaeum Cap. XV. *Jeſus autem convocatis diſcipulis ait : Miſereor turbae huic ; quia triduum eſt jam quod perſeverat mecum* . Origenes quoque Comment. in Matth. Tom. XI. legit : *Miſereor turbae* . Et Tom. XII. *Triduo jam perſeverant mecum* .

Col. 166.

(a) *Ut ſaturentur tantae turbae* . Si *tantae* excipias , idem leges in Exemplari Corbejenſi MS.

(b) *Praecepit turbis diſcumbere in terram* . Legit citatus Corbejenſis Codex : *Praecepit turbae diſcumbere in terra* .

Col. 167.

(a) *In finibus Magedamk* . In eodem Corbejenſi habetur *Magedam* .

Col. 168.

(a) Aequè ac noſter legit Corbejenſis Codex: *Rubicundum eſt enim cum nubibus Coelum.* Codex verò S. Gatiani Turonenſis , atque alii Majoris-Monaſterii , & S. Germani : *Erit cras , rubicundum eſt enim Coelum cum nubibus* .

(b) *Aeſtimare* habetur etiam in Codice S. Germani .

Col. 170.

(a) Corbejenſis Codicis haec eſt verſio : *Quibus cogitantibus dixit Jeſus* :

(b) Ipſe Corbejenſis aequè reddit : *Septem panum , & quatuor millia hominum* :

Col. 171.

(a) Graecos etiam hoc loco legere : *Quem dicunt homines me eſſe ? Filium hominis ?* advertit Domnus Calmet , citatis SS. Epiphanio , Hilario , Auguſtino Lib. II. de Conſenſu Evangeliſt. atque Gregorio Magno . Adfert etiam Theophylact. & MSS. aliquot Codices. Cùm autem Exemplar noſtrum interpunctionis ſignis careat , habeatque : *Quem me homines dicunt eſſe* : ſi punctum hìc interrogationis collocemus , deinde *Filium hominis* legamus cum pari ſigno , concordantem Graecis habebimus lectionem . Pagninus ſic vertit : *Quem me dicunt homines eſſe Filium hominis ?* Quae etiam lectio eſt Codicis Corbejenſis , conſonantibus aliis a Luca Brugenſi relatis , & Origene in Dial. de recta in Deum Fide , Sect. II. quamvis poſtea in Homil. II. in Lib. Regum ipſe legat : *Quem me dicunt Filii hominum eſſe ?* At S. Ambroſius Enarrat. in Pſal. 61. ſic citat hunc Matthaei locum : *Quem me dicunt eſſe homines Filium hominis ?* Aliter legit S. Doctor in Lucam Lib. X. *Quem dicunt eſſe homines Filium hominis ?* magìs ad Vulgatam accedens . Poſtremò in Lib. de Incarnationis Dominicae Sacramento Cap. IV. ferè cum noſtro Codice habet : *Quem me dicunt eſſe homines ?* S. Hilarius Comment. in Matth. Cap. XVI. & ipſe conſonat : *Quem me homines eſſe dicunt , Filium hominis ?*

Col. 173.

(a) *Portae inferni non vincent eam* . Duo priora verba ſic vertit etiam Pagninus . Textus Graecus paulo diverſis verbis integram ſententiam habet ut in Codice

noſtro:

nostro : *Portae Inferi non vincent illam* . S. Cyprianus in Epist. XXXVII. ad Lapsos reddit : *Portae Inferorum non vincent eam* . Corbejensis Codex : *Non praevalebunt ei* . Anonymus in Job , Lib. I. inter Opera Origenis : *Et portae Inferorum non praevalebunt adversùs eam* .

(b) *Et quodcumque adligaveris in terram , erit alligatum in coelis* . Apud Pagninum habemus : *Quicquid alligaveris in terra , erit alligatum in coelis* .

Col. 174.

(a) Monet Domnus Augustinus Calmet , citato etiam Millio , nomen *Jesus* hoc in loco in pluribus aliis tam Graecis , quàm Latinis MSS. Codicibus desiderari ; quod accidit & in Corbejensi , atque aliis advertente Luca Brugensi . Omisit etiam Origenes Comment. in Matth Tom. XII. & XVI.

(b) *Post tertium diem resurgere* . Ita Corbejensis quoque .

(c) *Coepit increpare , & dicere* . Eadem sunt verba Codicum Majoris-Monasterii , & S. Germani .

(d) Graecus quoque Textus , docente Domno Calmet , legit : *Propitius sit tibi Deus, non erit hoc tibi* . Corbejensi in Codice habemus : *Coepit increpare , & dicere : Absit a te , propitius (esto) tibi : non erit istud* . S Hilarius partim cum Vulgata , partim cum nostro Codice consentiens Comment in Matth. Cap. XVI. sic citat : *Absit a te Domine , non erit istud* . Omnino autem nostra Versione utitur S. Doctor Lib. VI de Trinitate : *Propitius tibi Domine , non erit istud* . Origenes verò Homil. II. in Lib Regum , habet : *Propitius sis tibi Domine* . Sed in Tom. XII. Comment. Matth. *Propitius esto tibi Domine* .

Col. 175.

(a) *Vade retrò post me &c.* Totidem repetit Codex Corbejensis . S. Hilarius loco citato in Matth. sic vertit & ipse, quemadmodum & in Lib. VI de Trinit At in Tract. Psal. 131 omittit adverbium *retrò* . S. Ambrosius Lib. I. de Abraham Cap. VI. habet : *Vade retrò me* . Verba autem sequentia in Codice nostro : *Quia non quae Dei sunt sapis , sed quae hominum* , minimâ mutatione exhibet idem S. Ambrosius Lib. I. de Fide Cap. VII. *Non sapis quae Dei sunt , sed quae hominum* . Origenes Comment. in Matth Tom. XII. legit : *Quoniam non sapis quae Dei sunt , sed quae hominis* .

(b) *Si quis vult post me venire &c.* Corbejensis Codex sic : *Post me vult venire , abneget se sibi* . Hunc locum non semper iisdem verbis habemus a S Ambrosio citatum ; nam in Lib. I. de Abraham Cap. IV. sic legit : *Qui vult post me venire abreget seipsum , & tollat &c.* In Libro II de Poenitentia Cap. X. *Qui vult post me venire , abneget semetipsum sibi* ; eadem repetens in Epist. ad Vercellenses . S. verò Hilarius Comment. in Matth. Cap. XVI. habet : *Si quis vult post me venire , abneget se ipsum* .

Col. 176.

(a) *Commutationem animae suae* . Hanc Versionem sequitur etiam Codex Corbejensis.

(b) *In majestate Patris sui* . Consonat idem Codex Corbejensis ; & Vetus Interpretatio Origenis Tom. XII. Comment. in Matth. legit : *Nam Filius hominis venturus est in majestate Patris sui* .

Col. 177.

(a) *Et factum est post &c.* Sic scriptum est etiam in Codicibus Majoris-Monasterii, & S. Germani. Sed & S. Hilarius Lib. XI. de Trinitate legit cum nostro ferè consentiens: *Et factum est post dies sex, assumpsit Jesus Petrum, & Jacobum, & Johannem fratrem ejus, & ducit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est Jesus ante eos &c.*

Col. 178.

(a) Corbejensis Codex habet: *Apparuit illis Moyses, & Helias conloquentes cum eo.* Etiam in aliis MSS. S. Gatiani Turonen. Majoris-Monasterii, & S Germani occurrit: *Apparuit*. In Serie Comment. Origenis num. 50. habemus: *Et visus est eis Moyses, & Elias colloquentes cum eo.*

(b) Conjunctionem *&* hoc loco, ut legatur nimirum: *Tibi unum, & Moysi unum*, quemadmodum est in nostro Codice, in aliis etiam Exemplaribus haberi testatur Lucas Brugensis, id etiam advertens in Graeco, atque Syro.

(c) *Nubs lucida*. Id legunt Codices quoque Majoris Monasterii, & S. Gatiani Turonensis. *Nubs* autem pro *Nubes* vox est Latinis non ignota, illâ enim utitur Ausonius Edyll. XII. v. 72.

Perjurum Lapitham Junonia ludificat nubs.

Col. 179.

(a) *Inumbravit eos*. Habet idem Corbejensis, sed manus recentior superposuit: *Obumbrabit*.

Col. 180

(a) *Dixeritis visum*. Sic occurrit etiam in citato Codice Corbejens.

Col. 181.

(a) *Venturus est componere omnia*. In Corbejensi: *Venturus est restituere omnia*.

(b) *Fecerunt ei quanta voluerunt*. Consonat nostro idem Corbejensis Codex, & Vetus Interpretatio Origenis Tom. XIII. Comment. in Matth.

(c) *Sic & Filius hominis necesse habet pati ab eis*. Paria exhibet citatus Codex.

Col. 182.

(a) *Et aliquando in aquam*. At in laudato MS. Corbejensi habetur: *Aliquotiens in aquam*, sicut & in Veteri Interpret. Origenis Comment. in Matth. Tom. XIII.

(b) *Quousque patiar vos, quousque ero vobiscum?* Sic & in praecitato Codice. Aliter habetur apud S. Hilarium Comment. in Matth. Cap. XVII. partim enim cum Codice nostro consonat, partim ab eo recedit; ibi enim sic: *Generatio incredibilis & perversa, quousque ero vobiscum?*

Col. 183.

(a) *Ei*: in aliquot bonis Codicibus habetur, in aliis desideratur, ut notat Lucas Brugensis, Syrus Interpres legit, Graecus non item.

Col 184.

(a) *Futurum est ut Filius hominis tradatur*. Consentit huic lectioni etiam citatus Codex Corbejensis. S. Hilarius Comment. in Matth. Cap. XVII. integrum versiculum ferè juxta Codicem nostrum citat; nam sic ibidem habetur: *Ipsis autem conversantibus in Galilaea, dixit Jesus: Futurum est, ut Filius hominis tradatur in manus hominum.* Sic & Vetus interpr. Origenis Comm. Matth. T. XIII.

Col. 185.

(a) *Exigebant*. Occurrit idem verbum apud S. Hilarium loco citato legentem : *Et cum venisset Jesus Capharnaum, accesserunt qui didrachma exigebant ad Petrum*. Habet etiam Codex Corbejensis, atque Vetus Interpr. Origenis Comment. in Matth. Tom. XIII.

(b) *Ait & ille : Utique. Et intrantes in domum praevenit &c.* In Corbejensi laudato Codice legitur hoc pacto : *Ait : Utique. Et intranti domum praevenit &c.*

Col. 187.

(a) Etiam Corbejensis Codex hic habet : *Et Jesus vocavit puerum, & statuit eum in medio*. Vetus quoque Interpr. Origenis loc. cit. sic : *Et accipiens puerum, statuit eum in medio*.

(b) *Efficiamini sicut pueri*. Ita & Corbejensis legit ; S. autem Ambrosius in Lib. de Paradiso Cap. XII. sic citat : *Et efficiamini sicut puer iste*. Quod idem S. Doctor repetit in Lucam Lib. VIII & de Officiis Lib. I. Cap. XXI. Origenes Homil. II. in Genesim habet : *Nisi conversi fueritis, & effecti sicut puer hic* ; & in Vet. Interpret. Comment. Matth. Tom. XIII. *Nisi conversi fueritis, & facti quemadmodum pueri*.

(c) Item consonat Corbejensis legens : *Sicut puer iste* ; & Vetus Interpr. Origenis loco cit.

Col. 188.

(a) *Unum puerum talem . . . me accipit*. Ita & Corbejensis ; cum Vet. Interpr. Orig. ubi supra.

(b) *Vae autem huic mundo . . . venire scandala*. Etiam in Corbejensi eadem. *Venire scandala* extat quoque in Codice S. Gatiani Turonen. & in Versione Italica Martianaei. S. Hilarius in Matth. Cap. XVIII. consonat Exemplari nostro legens : *Vae huic mundo ab scandalis : necesse est enim venire scandala* ; quae verba habentur etiam in Vet. Interpr. Origenis Tom. XIII. Comment. Matth.

Col. 189.

(a) *Bonum tibi est in vitam venire*. Paulò aliter Corbejensis habet : *Bonum est enim tibi in vitam venire*.

(b) *Oculum unum habentem*. Sic Versio Italica Martianaei ; Corbejensis, ac Vet. Interpret. Origenis ubi supra, legunt : *Unum oculum habentem*.

Col. 190.

(a) *Venire quàm &c.* Consonat nostro Codex Majoris-Monasterii, & Italica Versio Martianaei.

Col. 191.

(a) *In montibus*. Ita Codex S. Gatiani Turonensis, alius autem Majoris-Monasterii : *In deserto*.

(b) In Corbejensi quoque sic habemus : *Gaudebit in eam magis, quàm in nonaginta & novem*. Codex etiam S. Gatiani Turonen. & Versio Italica Martianaei legunt : *Gaudebit*.

Col. 192.

(a) *Si autem non te audierit*. In tribus MSS. Codicibus ita se legisse Lucas Brugensis asserit.

Col. 193.

Col. 193.

(a) *Iterum amen dico vobis*. Ferè XXXIV. MSS. Codices Graeci legunt hoc loco juxta Interpretis noſtri Verſionem, immo & plures editi apud Millium citati teſte Domno Auguſtino Calmet. Ex Latinis conſonat Codex Majoris-Monaſterii. Verba ſequentia ſic leguntur in Corbejenſi Apographo: *Si duobus convenerit ex vobis ſuper terram*. S. Ambroſius verò Lib. de Inſtitutione Virginis Cap. II. illa ſic refert: *Si duobus ex vobis convenerit ſuper terram*.

Col 194.

(a) *Ibi & ego ſum*. Sic etiam Codices S. Gatiani Turonenſis, & Majoris-Monaſterii, atque Verſio Italica Martianaei. S. verò Ambroſius Lib II. de Cain, & Abel Cap. II. ita verſum hunc citat: *Ubi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum*. In Lib. de Inſtit. Virginis eadem refert, addens tantùm: *Ubi enim ſunt &c.* In Lib. de Myſteriis Cap. V. ſic habet: *Ubi fuerint duo vel tres, ibi & ego ſum*. Primam autem lectionem ſuam repetit S. Doctor in Epiſtola ad Vercellenſes. Aliam lectionem exhibet S. Cyprianus in Lib. de Unitate Eccleſiae, nimirum: *Ubicumque fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis ſum*. Origenes autem Homil I. in Iſaiam habet: *Ubi duo vel tres collecti ſunt in nomine meo, & ego ſum in medio eorum*.

(b) Codicis Corbejenſis haec quoque eſt lectio: *Si peccaverit in me frater meus, quotiens remittam ei? uſque ſepties?* Ferè conſonans eſt Verſio, qua utitur S. Ambroſius Lib. II. de Jacob, & Vita beata Cap. VI. ſcribens: *Si frater meus in me peccaverit, quoties dimittam ei? uſque ſepties?* quod denuò apud eundem S. Doctorem occurrit in Enarratione Pſal. 36.

(c) In Corbejenſi Codice habetur: *Simile eſt habitum regnum coelorum*.

Col 195.

(a) *Reddi debitum*. Haec legunt etiam Codex Majoris-Monaſterii, & Verſio Italica Martianaei; ac Vet. Interpr. Origenis Comment. in Matth. Tom. XIV.

Col. 197.

(a) *Patientiam habe in me, & reddam tibi*. Conſonat huic lectioni Codex Corbejenſis.

Col. 199.

(a) *Et factum eſt, cùm locutus eſſet ſermones iſtos Jeſus, tranſtulit ſe a Galilaea &c.* Idem eſt in Codice Corbejenſi. Eadem habet S. Hilarius Comment. in Matth. Cap. XIX. niſi quod legit: *Tranſtulit ſe in Galilaeam*.

Col. 200.

(a) In eodem Corbejenſi Apographo habemus: *Qui fecit hominem & foeminam fecit eos*. Sed additum eſt recent. manu: *Ab initio*. In alio S. Gatiani Turonenſis ſic: *Qui fecit ab initio maſculum, & foeminam ab initio fecit eos*. Codices Majoris-Monaſterii, & S. Germani legunt: *Qui fecit ab initio*. S. Hieronymus omittit *hominem*. Et Origenes de Principiis Lib. III. Cap. V. ſcribens: *Qui creavit ab initio maſculum, & foeminam fecit eos*; ac Vet. ejus Interpres Comm. Matth. Tom. XIV habet: *Qui fecit ab initio, maſculum & foeminam fecit eos*.

(b) *Remittet* habetur in Corbejenſi quoque.

Col. 201.

(a) *Quod ergo Deus conjunxit in unum non licet separari*. Corbejensis Codex legit: *Quod ergo Deus conjunxit in uno, homo &c.*

(b) *Mandavit dari librum repudii*. Verbum *dari* in aliis quoque optimae notae Codicibus reperit Lucas Brugensis.

Col. 202.

(a) *Ob causam fornicationis*. Consentit Codex S. Gatiani Turonensis.

(b) *Si sic est causa viri cum uxore*. In Codicibus Corbejensi, Majoris-Monasterii, & S. Germani legitur: *Si ita est causa viri*; quae etiam est lectio, qua utitur S. Ambrosius de Virginitate Cap. V. In Libro autem de Exhortatione Virginitatis apud eundem S. Doctorum occurrit alia lectio; nempe: *Quia si ita est causa viri, ut non liceat illi uxorem dimittere, nisi ex sola causa fornicationis, non expedit nubere*. Vetus quoque Interpr. Origenis Comment. in Matth. Tom. XIV. habet: *Si ita est causa viri cum muliere*.

(c) *Sunt enim Spadones*. Aequè ac in nostro Codice idem refert Corbejense Exemplar. Consonat S. Ambrosius in Lib. de Viduis Cap. XIII. ubi sic exhibetur hic locus Evangelii: *Sed non omnes capiunt Verbum istud, sed quibùs datum est. Sunt enim Spadones, qui de matris utero sic nati sunt. Et sunt Spadones qui se ipsos castraverunt. Et sunt Spadones, qui facti sunt ab hominibus*. Nec longè abest S. Cyprianus de Disciplina, & habitu Virginum legens: *Non omnes capiunt verbum, sed illi quibus datum est. Sunt enim Spadones, qui ex utero matris sic nati sunt; & sunt Spadones, qui coacti sunt ab hominibus, & sunt Spadones, qui se ipsos castraverunt &c.*

Col. 203.

(a) In MSS. aliquibus Codicibus Lucas Brugensis se hoc loco legisse; ut in nostro, *Eunichizaverunt* testatum reliquit. Idem habent verbum Exemplaria MSS. S. Gatiani Turonen. & Majoris-Monasterii.

Col. 204.

(a) *Magister quid boni faciam &c.* Adjectivum *bone*, quod Vulgata addit hoc loco, etiam S. Hilarius omisit in Comment. in Matth. Cap. XIX. Cui consentiunt Codices quoque Cantabrigiense, & Boldlejan. Italica Versio Martianaei, aliique apud Dom. Calmet.

(b) *Sed vis in vitam venire*. In MSS. Corbejensi habetur: *Si vis in vitam venire*. Apud S. Ambrosium Lib. I. de Officiis Cap. XI. legitur: *Si vis in vitam aeternam venire*.

Col. 205.

(a) Habet hic Corbejensis: *Non occides, non moechaberis, non furtum facies*.

Col. 206.

(a) *Vade, vende bona tua*. Item eodem in Codice Corbejensi: *Vade, vende omnia bona tua*. Ipsissima verò Codicis nostri lectio placuit & S. Ambrosio Enarratione in Psal. 48. legenti: *Vade, vende bona tua*. Alibi tamen S Praesul aliter legit; etenim in Lib. de Abraham I. Cap. III. sic citat: *Vade, vende omnia tua*. In Lib. de Nabuthe Cap. XIV. *Omnia quaecumque habes vende*. In Lib I. de Officiis Cap XI. *Vende omnia bona tua*. In Lib I. de Fide Cap. XX. *Relinque omnia tua*. Et demum in Epist. III. ad Horontianum: *Dimitte omnia* tua.

tua . Sed & S. Cyprianus in Lib. de Lapsis hunc locum sic profert : *Vade* , *vende omnia tua* . Ac Origenes in Dial. de recta in Deum Fide Sect. II. legit : *Vende tua bona* .

Col. 207.

(a) *In regno coelorum* . Eadem lectio est Codicis Corbejensis ; ubi sic citantur sequentia : *Auditis autem discipuli bis verbis mirabantur* , *&* *simebant valdè dicentes* : *Et quis potest salvus fieri* ?

Col. 209.

(a) In Codice Corbejensi : *Aut sorores* , *aut matrem* , *aut filios* ; additumque est recenti manu : *Aut uxorem* . S. Hilarius in Fragm. I. sic profert : *Omnis qui reliquerit domum* , *vel fratres* , *vel sorores* , *aut matrem* , *aut filios* , *aut agrum &c.*

(b) Ipso in Codice Corbejensi habetur aequè ac in nostro : *Simile est enim* . Id Lucas Brugensis aliis in Codicibus MSS. reperit .

Col. 210.

(a) *Invenit alios* . Consonat MS. nostro etiam Corbejensis .

Col. 213.

(a) *Et accipientes murmuraverunt* . Hanc lectionem Corbejensis quoque Codex praefefert .

Col. 214.

(a) Vulgata habet tantùm : *An non licet mibi quod volo facere* ? Graecus Textus addit : *de re meâ* . Syrus , & antiqua Vulgata habent : *Aut non licet mibi quod volo facere de re mea* ? S. Augustinus Serm LXXXVII. *Non licet mibi quod volo facere de meo* ? In Codice verò nostro legendum videtur , si quae desiderantur suppleamus : *Aut non licet mibi quod volo facere de rebus meis* ? Corbejensis Codicis lectio est : *Aut non licet mibi facere quod volo* ? In quibusdam Graecis , & Syriacis legi *in meis* afferit Lucas Brugensis , qui addit hanc lectionem apud veteres reperiri . Sanè Apographus Codex Majoris-Monasterii habet : *Licet mibi in meis quod &c.*

Col. 219.

(a) Quae in Codice hoc Eusebiano addita sunt post illa verba *pro multis* usque ad illa : *Et egredientibus* , in Vulgata desiderantur . At verò in MS. Cantabrigiensi Graecè habentur , quemadmodum & in MS. Codice Monasterii S. Andreae secus Avenionem , ut apud Martianaeum in sua Editione Evangelii secundum Matthaeum juxta Italam antiquam sic : *Vos autem quaeritis de pusillo crescere* , *&* *de magnis majores esse* . *Intrantes autem ad coenam* , *nolite recumbere in locis eminentibus* , *ne fortè clarior te superveniat* , *&* *accedens qui ad coenam vocavit te* , *dicat tibi* : *Adhuc deorsum accede* , *&* *confundaris* . *Si autem in loco inferiori recubueris* , *&* *supervenerit humilior te* , *dicet tibi qui te ad coenam vocavit* : *Accede adhuc sursum* , *&* *hoc erit tibi utilius* . Ita etiam in duobus aliis MSS Codicibus Latinis Bibliothecae Bodlejanae , & in aliquibus item MSS. Versionis Saxonicae occurrit . Additionem hanc haberi apud S Hilarium, Sanctumque Leonem Magnum in Epist. ad Pulcheriam Augustam , sed & apud Juvencum Presbyterum in Paraphrasi Evangelica testis est eruditiss. Domnus Augustinus Calmet . In Corbejensi verò Codice hoc additamentum hisce verbis

bis conceptum eſt : *Vos autem quaeritis de puſillo creſcere , & de majore minores eſſe . Intrantes autem , & rogati ad coenam , nolite recumbere eminentioribus locis , ne fortè clarior te superveniat , & adcedens qui te vocavit ad coenam , dicat tibi : Adhuc deorſum adcide , & confunderis . Si autem in loco inferiore recubueris , & supervenerit humilior te ; dicit tibi qui te vocavit ad coenam : Accede adhuc superiùs , & erit hoc tibi utilius .*

Col. 223.

(a) Corbejenſe quoque Exemplar legit : *Dominus operâm eorum deſiderat , & confeſtim remittet eos .* Conſonat Vet. Interpr. Comment. Origenis in Matth. Tom. XVI. *Dominus operam deſiderat .*

(b) In Vulgata deſideratur nomen Prophetae , qui tamen eſt Zacharias in Codice noſtro citatus . Idem nomen expreſſum reperiri aliis in MSS. Codicibus aſſerit Domnus Calmet , in aliquibus verò haberi Iſaiam . Hunc apud Millium habent Nonnus in Paraphraſi , & Interpres Aethiops . Sanctus autem Hilarius & ipſe Zachariam expreſſit in Tract. Pſal. 145. nam ibi legitur : *Hoc autem factum eſt , ut impleretur quod dictum eſt per Zachariam Prophetam dicentem : Dicite Filiae Sion : Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus ſedens ſuper aſinam , & pullum novellum ſubjugalis .*

Col. 224.

(a) In Corbejenſi etiam Codice legimus : *Et impoſuerunt ſuper eum veſtimenta , & ſedebat ſuper eum Jeſus .*

Col. 225.

(a) *Oſanna Fili David* . Sic Codex S. Germani ; alius autem S. Gatiani Turonenſis : *Oſanna Filii David* . Apud S. Hilarium Comment. in Matth. Cap. XXI. habetur : *Turba autem & praecedens , & conſequens clamabat : Hoſanna Fili David &c.*

Col. 227.

(a) Conſonant lectioni Codicis noſtri : *clamantes Oſanna Fili David* : hoc loco Exemplaria MSS. S. Gatiani Turonenſis , & Majoris-Monaſterii , itemque Verſio Italica Martianaei .

Col. 228.

(a) *Videns ficus arborem unam* . Habet Codex Corbejenſis : *Videns arborem unam ficus ſecus viam venit ad illam*. Verſiculum integrum ſic citat S. Hilarius Comment. in Matth. Cap. XXI. *Mane autem tranſiens in civitatem eſuriit : & videns arborem fici unam ſecus viam , venit ad eam .*

Col. 229.

(a) *Tolle te , & jacta te in mare , fiet* . Eadem leguntur in Exemplari MS. Corbejenſi . S. Ambroſius Enarrat. in Pſal. 45. ſic habet : *Si monti huic dixeritis : Tollere , & jacta te in mare ; nihil impoſſibile erit vobis* . Vetus Interpr. Origenis Comment. in Matth. Tom. XVI. omnino legit ut in noſtro Codice .

Col. 230.

(a) *Unum verbum* . Graecus Textus idem ſonat ; Hebraicus autem *unam rem*. S. Ambroſius de Benedict. Patriarcharum Cap VIII. conſonat cum Codice noſtro legens : *Interrogabo & ego vos unum verbum* .

Col 231.

(a) *Baptismum* hìc constanter legere veteres Codices, non *Baptismus*, advertit Lucas Brugensis, addens usum Interpretem hac voce non hoc tantùm loco, sed etiam in Evangeliis secundùm Marcum, & Lucam, perinde ac si latinè diceretur neutro genere *Baptismum*; quod fecit & S. Augustinus non semel, praesertim scribens in Cap. I. Evangelii secundùm Joannem, quin etiam illo posterior S. Gregorius Magnus Homil. XX. in Evangel. *Baptismum* legunt quoque S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii Codices.

Col. 233.

(a) *Quis ex duobus fecit patris voluntatem? Dicunt ei: novissimus*. Cantabrigiensis Codex, Coptus, & Armenus Interpretes, aliique MSS. Codices apud Millium ex Domno Calmet cum nostro consentiunt Exemplari. Corbejensis insuper habet & ipse: *Dicunt ei: novissimus*. Hanc lectionem olim in veteribus reperisse Codicibus S. Hieronymum, sicque etiam legisse S. Hilarium monuit Lucas Brugensis.

(b) *Praecedunt* pro *praecedent*, quod Vulgata habet, in aliis vidit Exemplaribus idem Brugensis, consentientibus Graeco atque Syro. Sic certè habent Codices S. Gatiani Turonensis, atque Majoris Monasterii. *Praecedunt* scripsit etiam S. Ambrosius Lib de Elia, & Jejunio Cap. XX. ubi habemus: *Publicani, & Meretrices praecedunt vos in regnum Dei*. In Enarrat. autem Psal. 35. partim cum nostro Exemplari, partim cum Vulgata consentiens locum sic citat: *Meretrices, & publicani praecedent vos in regno coelorum*. Postremò Lib. VIII. in Lucam: *Meretrices, & publicani praecedunt vos in regnum coelorum*.

Col 234.

(a) Consonat Corbejensis, nam legit: *Vos autem videntes nec poenitentiam habuistis, post quod non credidistis*.

Col. 235.

(a) Idem Codex supracitatus habet hoc loco: *Ut acciperent de fructibus suis*.

Col. 236.

(a) *Occiderunt, & ejecerunt extra vineam*. Ita legit Lucifer quoque Calaritanus Episcopus Sancti Eusebii nostri Synchronus, atque in Arianis insectandis Collega.

Col 237.

(a) Codicis Corbejensis haec est lectio: *Malè perdet eos, & vineam locabit illis colonis, qui reddant fructus temporibus suis*. In MSS. Ecclesiae suae Lucas Brugensis advertit vocem illam *suam* post vineam desiderari, eamque reticent, aequè ac Codex noster, Graecus & Syrus.

Col 238.

(a) In Corbejensi Exemplari sic habemus: *A Domino factus hic est mirabilis in oculis nostris*.

Col. 240.

(a) Idem Codex cum Eusebiano nostro consonans legit: *Tauri, & saginata mea occisa sunt*. Vetus etiam Interpr. Origenis Comment. in Matth. Tom. XVII. habet: *Tauri mei, & saginata occisa*.

Codex

(b) Codex S. Gatiani Turonenſis habet : *Contumeliâ adfectos* .

(c) *Ille autem Rex* . In Codice Corbejenſi ſic : *Ille autem Rex cùm audiſſet* , *iratus eſt*, *& miſit exercitum ſuum*. Vet. Interpr. Orig. loco cit. habet: *Miſſo exercitu ſuo*.

Col 241.

(a) *Quod quod invenerunt*. Lucifer Calaritanus, & Codex Majoris-Monaſterii habent: *Quotquot invenerunt* .

Col. 243.

(a) Textus Graecus cum Codice noſtro conſentit , & Corbejenſis quoque legit : *Tunc Rex dixit Miniſtris : Tollite illum manibus & pedibus* , *& mittite eum &c.* Monet Lucas Brugenſis plures MSS. Codices legere : *Pedibus ejus & manibus* . In Codice Majoris-Monaſterii : *Alligate eum manibus & pedibus* , *& mittite illum &c.* S. Ambroſius Lib. II. de Interpellatione Job , & David Cap IX. ita locum hunc exhibet : *Tollite illum in tenebras exteriores* . Et in Lib. de Apologia David Cap. XIV. *Tollite eum in tenebras exteriores* , *ibi erit fletus &c.* Lib autem VII. in Lucam : *Et mittetur in tenebras exteriores* , *ibi erit &c.*

(b) *Multi autem* . Plures veteres Codices aequè ac noſtrum pro *enim* habere *autem* : hoc loco docet Lucas Brugenſis .

Col. 251.

(a) *In Spiritu* : addunt etiam Codices S. Gatiani Turonenſis, & Majoris-Monaſterii. Addit hoc & S. Ambroſius de Fide Lib. V. Cap. VIII. & Lib. III. de Spiritu Sancto Cap. XV. quo poſtremo loco ſic habemus: *Si enim David in Spiritu &c.* S. Hilarius in Tract. Pſal. 138. ita citat : *Si David in Spiritu vocat eum Dominum* , *quomodo dicitis quòd Filius ejus eſt ?*

Col. 253.

(a) Conſonat Codex Corbejenſis legens : *Onera gravia*, *& imponunt*. Sed addidit manus recentior : *Et importabilia* . S. Ambroſius Enarrat. in Pſal. 43. ſic habet: *Alligant autem onera gravia* , *& imponunt ſuper humeros hominum* , *ipſi autem digito ſuo nolunt ea movere* . *Omnia autem faciunt ut videantur ab hominibus*.

(b) *Primos diſcubitus*. Exemplar MS. S. Gatiani Turonenſis legit hìc: *Primos diſcumbitos* . Corbejenſis : *Primum diſcubitum* . At S. Cyprianus Lib. de Lapſis : *Diligunt primum recumbendi locum in coenis* , *& primam ſeſſionem in Synagogis* , *& ſalutationes &c.*

Col. 255.

(a) Addit hìc Vulgata : *Vae vobis Scribae* , *& Phariſaei hypocritae*, *quia comeditis &c.* Integer hic Verſiculus in Codice noſtro deſideratur , & aequè deeſt , teſtante Luca Brugenſi, in pluribus aliis optimae notae Latinis Codicibus , quos inter ipſe citat tres Eccleſiae S. Audomari . Sanctus Hieronymus , & alii quidam Tractatores haec verba in Evangelio Matthaei non agnoſcunt. Canones Evangeliorum Marco & Lucae tantùm adſcribunt . Non legitur etiam in MSS. S. Gatiani Turonenſis , & Majoris-Monaſterii , quemadmodum & in Verſione Italica Martianaei . Sed S. Hilarius Tract. in Pſal. 52. partem hujus verſiculi citat hoc pacto: *Comedentes domos viduarum* , *& oratione longa orantes* . Item Comment. in Matth. Cap. XXIV. ſic: *Vae vobis Scribae*, *& Phariſaei hypocritae* , *qui comeditis domos viduarum* . Ex quo liquet S. Doctorem hunc verſum integrum in Codice ſuo legiſſe .

Col. 256.

Col. 256.

(a) *In auro Templi debitor est*. Etiam Corbejensis sic habet:

Col. 257.

(a) *In altario*. Consonat Codex S. Gatiani Turonensis:

(b) *Debitor est*. Hic etiam consentiunt nostro Codici alii Corbejen. Turonen. & Majoris-Monasterii.

Col. 259.

(a) *Liquantes culicem*. Idem occurrit in citato Corbejensi; & S. Ambrosio Lib. I. in Lucam; Origenes idem legit in serie Comment. in Matth. num. 19.

(b) *Parabsidis*. Alios Codices legentes *parapsidis* se vidisse Lucas Brugensis testatur.

(c) *Intus autem plena sunt rapina &c.* Etiam in Apographo Corbejensi idem legitur. Plures alios MSS. veteres Codices habentes *pleni sunt*, affert Lucas Brugensis, septem tamen alios citat cum nostro consentientes.

Col. 260.

(a) *Ut fiat & de foris ejus mundum*. In pluribus aliis bonis Codicibus, in Graeco, & Syro eadem reperit Lucas Brugensis; Codex verò Majoris-Monasterii habet: *Et id quod foris est*. Quae postrema lectio est etiam S. Ambrosii Exposit. in Psal. 118. Serm. I. *Pharisaee coece munda prius quod intus est calicis, & paropsidis; ut fiat & id, quod foris est, mundum*.

Col. 262.

(a) *Generatio viperarum*. Corbejensis quoque sic legit: Anonymus lib. I. in Job inter Opera Origenis habet: *Serpentes generatio viperarum*. Eadem habentur apud ipsum Orig. in Serie Comment. in Matth. num. 25. & Homil. VIII. in Lucam.

Col. 264.

(a) *Sub alas suas*. Habet hoc etiam Codex Majoris Monasterii. S. Cyprianus integram exhibet eam, de qua agimus, periodum Testimon. Lib. I. sic: *Jerusalem, Jerusalem, quae occidis Prophetas, & lapidas missos ad te: quoties volui colligere filios tuos sicut gallina pullos sub alas suas, & noluisti?* Expressit Versionem ipsissimam Codicis nostri S. Ambrosius in Lib. de Isaac, & Anima Cap. VIII. scribens: *Quoties volui congregare filios tuos sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas*. In Sermone verò XII. Exposit. Psal. 118. eadem Versione usus reticuit illa postrema verba *sub alas suas*, quod item fecit Lib. VII. in Lucam. Aliter Textum hunc protulit S. Hilarius, nam in Tract. Psal. 56. his verbis exhibet: *Quoties volui colligere filios tuos, sicut gallina, quae congregat pullos suos sub alis suis*. In alio Tract Psal. 138. ita apud ipsum S. Hilarium habemus: *Quotiens volui congregare filios tuos, sicut gallina congregans pullos suos, & noluisti?*

Col. 265.

(a) *Structuram Templi*. Hoc habet etiam Corbejensis Codex; & S. Hilarius Comment. in Matth. Cap. XXV. Origenes in Serie Comment. in Matth. num. 29. legit plurali numero *Structuras*.

Col. 266.

Col. 266.

(a) *Videte ne quis vos seducat ullo modo*. Idem referunt Codices Majoris-Monasterii, & Corbejensis.

Col. 267.

(a) *Erunt fames, & terraemotus*. Sic & Codex Corbejensis. S. verò Cyprianus de Exhortatione Martyrii integrum versiculum sic habet: *Exurget enim gens super gentem, & regnum super regnum, & erunt fames, & terraemotus, & pestilentiae per singula loca. Omnia autem ista initia parturitionum sunt*.

Col. 268.

(a) *Invicem se tradent*. Id legitur etiam in MSS. Majoris-Monasterii, & S. Gatiani Turonensis.

Col. 269.

(a) *Cùm videritis abominationem desolationis, quod dictum est a Daniele &c.* Consonat Corbejensis, & Origenes in Serie Comment. in Matth. num. 40. legens: *Quod scriptum est per Danielem &c.*

Col. 270.

(a) *Fugiant in montibus*. Ita legit & Corbejensis; sed S. Cyprianus de Exhortatione Martyrii habet: *Fugiant in montes*.

(b) *Orate autem ut non fiat fuga vestra hyeme, vel sabbato*. Codices alios non habentes hoc loco praepositionem *in* Lucas Brugensis protulit. Ea sanè non reperitur apud S. Cyprianum de Exhortatione Martyrii, sic enim ibi: *Orate autem ne fiat fuga vestra hyeme, neque sabbato*. Nec eam habet S. Ambrosius Lib. de Fuga saeculi Cap. VI. *Orate ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbato*. Omisit quoque S. Praesul, licet alia Versione usus fuerit, in Apologia David secunda Cap. VIII. legens: *Videte ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbato*; quod etiam repetit in Enarrat. Psalm. 43. Lectionem verò ipsissimam Codicis Eusebiani idem S. Doctor secutus est Lib. X. in Lucam.

Col. 271.

(a) *Ab initio saeculi*. Sic quoque MSS. Exemplaria Corbejense, & Majoris-Monasterii.

(b) *Ecce hic Christus, aut ecce illic*. Graecus quoque omittit verbum *est*. In quibusdam aliis Codicibus occurrere repetitionem *ecce*, ante *illic*, monuit Lucas Brugensis; habetur illa in MSS. tam S. Gatiani Turonensis, quàm Majoris-Monasterii, & S. Germani. S. etiam Cyprianus eam legit, nam in Lib de Exhortatione Martyrii sic Textum citat: *Tunc si quis dixerit vobis: ecce hic est Christus, aut ecce illic, nolite credere*. Sequitur Lectionem nostri Codicis S. Ambrosius Enarrat. in Psal. 43. Origenes in Serie Comment. in Matth. num. 41. habet: *Ecce hic Christus, ecce illic*.

Col 273.

(a) *Congregabuntur aquilae*. Conjunctio, quae in Vulgata legitur, in Corbejensi quoque desideratur; quin Lucas Brugensis affirmat, neque in Graeco, neque in Syro eam reperiri. Sed & Sanctus Cyprianus in citato Lib. de Exhortat Martyrii locum hunc Evangelicum citans scripsit: *Ubi fuerit corpus, illuc colligentur aquilae*. Et S. Hilarius Comment. in Matthaeum Cap. XXV. ita habet: *Ubicumque fuerit corpus, ibi congregabuntur aquilae*. Conjunctio tamen ipsa

extat

extat apud S. Ambrosium, sive alium, quisquis ille sit, Auctorem Librorum de Sacramentis, in quorum primo Cap. II. habemus: *Ubi corpus, ibi & aquilae*. Singularis omnino est alia lectio hujus loci, quae extat apud eundem S Ambrosium, in qua tamen occurrit conjunctio; Ea est in Enarrat. Psal. 47. *Ubi ruina, ibi & aquila*. At Origenes in Serie Comment. in Matth. num. 46. *Ubicumque enim fuerit cadaver, illic congregabuntur aquilae*.

(b) *Plangent se*. Habetur etiam in Codicibus MSS. & S. Gatiani Turonensis, & Corbejensi, & Majoris-Monasterii; & apud Origenem in Serie Comment. in Matth. num. 48.

Col. 274.

(a) *Cum tuba, & voce magna*. S. Cyprianus loco cit. de Exhortat. Martyrii legit tantùm: *Cum tuba magna*. Graecus verò: *Cum tuba vocis magnae*. Origenes in Serie Comment. in Matth. num. 51. cum S. Cypriano consonat.

(b) *Ficus*: legitur etiam in Codicibus S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii. Origenes Homil II. in Cant Canticor. habet: *A ficu dignoscite parabolam*; & in Serie Comment. in Matth. num. 53. *A ficu autem discite*.

Col. 275.

(a) *Et folia nascuntur*. Ita & in Corbejensi. Origenes Homil. II. in Cant. Canticor. *Et folia miserit*; & in Serie Comment. in Matth. num. 53. *Et folia producit*.

Col. 276

(a) *Neque Filius*. Haec additio Codicis nostri extat quoque in MS. Cantabrigiensi, & in aliis. S. Ambrosius in Lucam Lib. VIII. legit & ipse: *De die autem, & hora nemo scit, neque Angeli coelorum, neque Filius*. SS. Hilarius, & Augustinus, quemadmodum & Theophylactus haec verba explicant hoc loco; hinc tamen non constat hos Patres in suis Exemplaribus Evangelii secundùm Matthaeum hujusmodi verba legisse, cùm illa habere potuerint in Evangelio Marci Cap XIII vers. 32. S. Hieronymus hoc in loco notat Origenem, & Pierium haec in suis Codicibus non habuisse. Reperitur tamen in Serie Comment. Origenis in Matthaeum num. 55. Habetur quoque hujuscemodi additamentum in Versione Italica Martianaei. Caeterùm S. Ambrosius Lib. V. de Fide Cap. VIII. in ea fuit opinione, ut arbitraretur haec verba in Evangelium Marci haereticorum hominum fraude suisse invecta; ait enim: *Veteres Graeci Codices non habent: quod neque Filius scit; sed non mirum est, si & hoc falsarunt qui Scripturas interpolavere divinas*. Additionem ipsam meliora secutus Exemplaria sustulit S. Hieronymus.

Col. 278

(a) *Qua hora fur venit*. Etiam Codex Corbejensis sic legit. Origenes verò loc. cit. num 59. *Qua custodia fur venit*.

(b) *Perfodiri* reperitur in Codicibus quoque S Gatiani Turonen., & Majoris-Monasterii. *Fodiri* dixisse veteres testis est Columella Lib. XI. Cap. II. & alibi.

(c) *Quia nescitis qua hora Filius hominis venturus est*. Alios consentientes Codices MSS. vidit Lucas Brugensis. Versionem Codicis Eusebiani sequitur S. Ambrosius de Fide Lib V. Cap. XVII.

(d) *Quisnam est fidelis servus &c.* Ita in Corbejensi, & apud eundem Sanctum Ambrosium de Fide in Prologo Lib. V. At S. Hilarius Comment. in Matthaeum

Oooo Cap.

Cap. XXV. vertit : *Quis namque eſt fidelis &c.* Et Origenes loc. cit. n. 61. *Quis enim fidelis ſervus &c.*

Col. 279.

(a) *Quem veniens Dominus ejus inveniet ita facientem* . Ita legit Codex Corbejenſis . Sed Origenes loc. cit. num. 62. *Quem veniens Dominus invenerit facientem ſic* .

Col. 287.

(a) *Serve nequam & piger* . Eadem habet Exemplar MSS. Corbejenſe . In Origenis loco eodem num. 68. legitur : *Male ſerve & piger* .

Col. 288.

(a) *Uſuris* . Ita legunt & Codices Corbejenſis , ac Majoris-Monaſterii . S. etiam Ambroſius in Lucam Cap. IX. nam ſcribit : *Pecuniam meam dediſſes nummulariis , & ego veniens cum uſuris recepiſſem eam* . Verumtamen in Prol. Lib. V. de Fide verbum *Uſuris* omittens ita locum citat : *Oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis : & veniens ego recepiſſem quod meum eſt* . Origenes cit. loco num. 68 ſic exhibet : *Oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis , ut veniens recepiſſem eam cum uſuris* .

Col. 289.

(a) *Et quod habet auferetur ab eo* . Conſentit cum noſtro Exemplari etiam Corbejenſis . S. Ambroſius in Expoſit. Pſal. 118. Serm. II. integrum verſum ſic profert : *Quia omni habenti dabitur , ei autem qui non habet , & quod videtur habere , auferetur ab eo* . S. Hilarius in Tract. Pſal. 68. habet : *Omni habenti dabitur ; qui autem non habet , etiam quod habet auferetur ab eo* . At in Tract. Pſal. 118. addit : *& abundabit* ; nam ibi ſic : *Omni enim habenti dabitur , & abundabit : & qui non habet etiam quod habet auferetur ab eo* ; quod & fecit in Comment. in Matth. Cap. XXVII. Vetus Interpret. Comment. Origenis in Matth. Tom. XVI ita vertit : *Qui habet dabitur ei , & abundabit ; qui autem non habet , & ipſum quod habet auferetur ab eo* .

Col. 292.

(a) *Et veſtivimus* . Vulgata addit *te* ; ſed in pluribus MSS. legi tantum *cooperuimus* , omiſſo *te* , animadvertit Lucas Brugenſis . Pronomen illud non habet S. Cyprianus in Lib. de Opere , & Eleemoſynis , integrum citans verſiculum hiſce verbis : *Domine quando te vidimus eſurientem , & pavimus ? ſitientem , & potavimus ? quando te vidimus hoſpitem , & adduximus ? nudum , & veſtivimus ?* Origenes in Serie Comment. in Matth. num 33. *Quando te vidimus eſurientem , & cibavimus , aut ſitientem & potavimus ? Aut nudum & veſtivimus ? Aut peregrinum & collegimus ?*

Col. 293.

(a) *Quod paravit Pater &c.* In Corbejenſi habemus : *Quem praeparavit Pater meus diabolo* ; ſed ibi omittitur : *Et Angelis ejus* . S. Cyprianus loco cit. legit : *Quem paravit Pater meus diabolo , & Angelis ejus* ; quae lectio eſt etiam S. Hilarii Tract in Pſal. 118. Verùm idem S. Hilarius prima verba ſententiae Chriſti Judicis in Reprobos , ſic effert : *Abite in ignem aeternum , quem paravit Pater meus &c.* Et in Lib. XI. de Trinitate rurſus cum Vulgata ipſam ſententiam incipiens : *Diſcedite &c.* ſubdit : *quem praeparavit Pater meus &c.* Neque diſ-

ſonat

ſonat Origenes Homil. IX. in Lib. Numer. *Quem praeparavit Pater meus diabolo , & Angelis ejus* . At in Homil. VIII. in Exod. legit : *Quem praeparavit Deus diabolo &c.*

Col. 297.

(a) *Recumbente ipſo* . Sic & Codex Majoris-Monaſterii ; & Origenes in Serie Comment. in Matth. num. 77. habet : *Recumbente eo* ; neque abſonat S Ambroſius , qui in Lucam Lib. VI. hunc locum integrum ſic refert : *Jeſus cùm veniſſet in domum Simonis leproſi , acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum unguenti pretioſi , & recumbente illo fudit ſuper caput ejus* Ipſe quoque S. Doctor diſcipulorum verba proferens , quae paulò poſt in hac eadem Columna occurrunt , non longè abeſt a lectione noſtri Codicis , etenim loco citato habet : *Quare hoc ſic periit ? Poterat hoc venumdari pretio , & dari pauperibus* .

(b) *Quod ut cognovit &c.* Codex Corbejenſis legit : *Quod ut cognovit Jeſus dixit : Quid moleſti eſtis mulieri ?* Alios Codices optimos *huic* omittentes obſervavit Lucas Brugenſis , a quo etiam diſcimus in aliquot MSS. deſiderari conjunctionem *enim* , ut non peculiaris ſit Codicis noſtri lectio : *Opus bonum operata eſt* . Id etiam ſervatum eſt in Codice S. Gatiani Turonenſis , atque in Verſione Italica Martianaei .

Col. 298.

(a) *Qui dicitur Judas Scbarioth* . Ita Corbejenſis . *Scbariot* autem antiquis in Codicibus reperit Lucas Brugenſis . Sic etiam habent Codices S Gatiani Turonenſis , ac Verſio Italica Martianaei . *Scariot* legit etiam Origenes in Serie Comment. in Matth. num. 77.

Col. 299.

(a) *Stateres* pro argenteis nummis , de quibus cum proditore Apoſtolo convenere Judaeorum Principes , hoc loco habemus expreſſos in Codice noſtro Euſebiano , ſicut & in Serie Comment. Origenis in Matth num. cit. Stater autem idem exiſtimatur cum ſiclo , quem Interpretes quidam aequant pretio cum argenteâ librâ Sabaudicâ hodiernâ ſolidorum XX Tirinus putat ſiclum fuiſſe ſemiunciam argenteam . Certè ex Cap. XXX verſ. 13. Exodi agnoſcimus ſiclum argenteum appendiſſe obolos XX. ibi enim legitur: *Siclus vinginti obolos habet*. Si ergo ſtater idem eſt ac ſiclus , reſpondebit quiſque ſtater librae Sabaudicae, oboli verò ſolidis , ut propterea perditiſſimus Judas pretioſiſſimam Redemptoris vitam non pluris vendiderit , quam florenis aureis tribus . Vide etiam Not. ad Col 324.

Col. 300.

(a) *Sicut praeceperat* . Legit Codex S. Gatiani Turonenſis : *Sicut praecepit* ;

(b) *Diſcubuit* . Eſt & haec praefati Codicis S. Gatiani lectio . Ita & Origenes loco cit. num. 80.

Col. 302.

(a) Veſtigium hic vides , optime Lector, verbi *traditur* . In quibuſdam MSS. Exemplaribus , quibus conſentiunt Graecus & Syrus , ſic legit Lucas Brugenſis . Ita etiam reperitur in Codice S Gatiani Turonenſis ; at Euthymius habet : *Per quem proditur* . Origenes in Dial. de Recta in Deum Fide Sect. I. cum noſtro Codice conſentit .

(b) *Qui traditurus erat eum*. Sic praefatus Codex S. Gatiani. Alius Majoris Monasterii legit: *Traditurus est eum*. Uterque autem paulò post: *Dixit illi Jesus*.

Col. 305.

(a) *Benedixit*. Singularis prorsus videtur hoc loco nostri Codicis lectio; nusquam enim aliis in Codicibus (si probè memini) occurrit hujusmodi verbum. Utitur tamen hac Versione S. Cyprianus in Epist. LXIII. ad Coecilium scribens: *Calicem accipiens benedixit, & dedit discipulis suis*; & in Canone tremendi Sacrificii eam sequitur Sancta Mater Ecclesia in consecratione Calicis hujus benedictionis expressam faciens mentionem.

(b) *Effunditur*, Graecum atque Syrum ita legere Lucas Brugensis asserit. Ita etiam in Codice S. Gatiani.

(c) Hic quoque apparent reliquiae verbi *creatura vitis*, quod habet & Corbejense MS. Exemplar, & S. Cyprianus loco citato legens; *Dico vobis, non bibam amodo ex ista creatura vitis, usque in diem illum, quo vobiscum bibam novum vinum in regno Patris mei*.

Col. 306.

(a) *Donec eam illuc orare*. S. Hilarius hanc secutus est lectionem, nam Comment. in Matth. Cap. XXXI. sic citat hunc versum: *Tunc venit cum illis Jesus in agrum, qui dicitur Gethsemani, & dicit discipulis suis: Sedete hic, donec eam illuc orare*. Codex Corbejensis postrema haec verba sic refert: *Donec eo illuc orare*.

Col. 307.

(a) *Non sicut ego volo, sed sicut tu vis*. Habetur haec lectio etiam apud S. Ambrosium Enarrat. in Psal. 39. ibi enim sic: *Pater, si possibile est, transfer a me calicem hunc, sed non sicut ego volo, sed sicut tu vis*. Et in Lucam Lib. IV. *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste; sed non quod ego volo, sed quod tu vis*. Capite autem VI. de Incarnationis Dominicae Sacramento, omnino quoad postremam partem cum Eusebiano Codice consentiens habet: *Sed tamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis*. Consonat quoque S. Hilarius Comment. in Matth. Cap. XXXI. sic: *Pater meus, si possibile est, transeat a me calix iste: sed tamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis*; eademque omnino verba repetit Lib. IX. de Trinitate. In Codicibus etiam Corbejensi, & Majoris-Monasterii reperitur: *Sed sicut tu vis*.

Col. 309.

(a) *Somno gravati*. Codex Turonensis S. Gatiani legit: *Gravati a somno*. Exemplar MS. Majoris-Monasterii: *Gravati de sumno*. Alius Codex S. Germani: *Gravati sumno*.

(b) *Tertiò*. Hoc adverbium deest, quemadmodum in Codice nostro, etiam in Corbejensi, atque in Serie Comment. Origenis in Matth. num. 95.

Col. 311.

(a) *Ad quod venisti Amice?* Consonat Corbejensis, legens: *Cui dixit Jesus: Ad quid venisti Amice?* S. Remigius a S. Thoma in Catena citatus, & ipse S. Thomas in Comment. habent: *Ad quod*. Sed & Euthymius sic exponit Graecum Textum: *Ad quod venisti?* Eam lectionem exhibent quoque MSS. Codices S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii, atque Italica Versio Martianaei.

Col. 312.

Col. 312.

(a) *Aut non putas &c.* In Corbejensi MS. habemus: *Aut non putas me posse modò rogare Patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim millia Angelorum.* Vulgata consonat cum Syriaca; quidam tamen Latini alii Codices cum Graecis habent adverbium *modò* in prima parte hujus Periodi, ut Codex noster, ex Luca Brugensi. Sic Codex S. Gatiani Turonensis legit: *Non possum modò rogare*. Alius Majoris-Monasterii: *Non possum rogare &c.*

Col. 313.

(a) Codex Turonensis habet: *Ad turbas*; quod est & in Serie Comment. Origenis in Matth. num. 103. In Apographo Majoris-Monasterii legitur: *Venistis*.

Col. 314.

(a) *Discipuli ejus omnes*. Non absonant citati Codices Turonen. & Majoris-Monasterii. At Origenes loc. cit. num. 104. legit: *Tunc simul omnes derelicto eo fugerunt*.

Col. 315.

(a) *Ut videret exitum rei*. Eadem est lectio in Corbejensi, & Origenis loc. cit. n. 106. At verò Codices S. Gatiani, & Majoris-Monasterii, consentiente quoque Biblior. Gothico Interprete exhibent: *Finem rei*.

(b) *Et non invenerunt*. Addit Codex Corbejensis: *exitum*. *Et cùm multi falsi testes accessissent non invenerunt quicquam in eo*. Legit Origenes loco cit. num. 107. *Et non invenerunt. Et multi falsi testes accesserunt, & non invenerunt*.

Col. 316.

(a) *Aedificare*. Consentientes habet haec lectio ex Luca Brugensi Graecum & Syrum.

Col. 317.

(a) *Dei* non legi in multis Exemplaribus antiquis, & fide dignis, neque in Graeco & Syro, affirmat Lucas Brugensis. Illud non habent Majoris-Monasterii Exemplar, & Versio Italica Martianaei. Non extat etiam apud Origenem ubicumque locum hunc citat; immo in Serie Comment. in Matth. num. 111. monet omnes Evangelistas *ad dexteram virtutis* scripsisse. Reticet S. Ambrosius de Fide Lib. II. Cap. XII. ubi recitat ipsissima verba Codicis nostri Eusebiani, quod & fecit in Oratione habita in funere Valentiniani Augusti. His autem Sancti Doctoris testimoniis addere lubet & Benedictionem Paschalis Cerei, qua utitur Ambrosiana Ecclesia, quam quidem Benedictionem genuinum esse tanti Praesulis foetum stylus ipse clamat, quamvis illa circa finem lacinia quadam a posterioribus aucta fuerit. In ea haud procul ab initio Praefationis haec verba leguntur de Christo Domino: *Qui coram tondente se non vocem queruli balatus emisit, sed Evangelico proclamavit oraculo dicens: Amodo videbitis Filium hominis sedentem ad dexteram majestatis. Ipse nobis &c* S. quoque Hilarius Lib I. de Trinitate, cum nostro consonat Codice, inquiens: *Amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis*; & ejusdem Operis Lib X. expressiùs: *Verùm dico vobis, amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis, & venientem cum nubibus coeli*. Quae quidem postrema verba *cum nubibus coeli* exhibet etiam Codex Turonensis S. Gatiani. Uterque tamen Sanctus Doctor Vulgatae etiam favet; etenim S. Ambrosius Lib II. Cap. IX de Jacob, & Vita beata sic habet: *Amodo videbitis Filium hominis sedentem ad dexte-*

dexteram virtutis Dei. In altera Apologia David Cap. IV. *Sedentem ad dexteram Dei*. De Fide Lib. V. Cap. XIV. *Sedentem ad dexteram virtutis Dei, & venientem in nubibus coeli*. De Spiritu Sancto Lib II. Cap. I *Sedentem ad dexteram virtutis Dei*. Et demum in Epistola ad Irenaeum: *Sedentem ad dexteram Dei*. Et S. Hilarius Tract. in Psal. 2. *Verùm dico vobis amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus coeli*.

Col. 318.

(a) *Responderunt universi &c.* Habemus in Codice S. Gatiani Turonensis: *Responderunt omnes &c.*

(b) Etiam Apographum Corbejense non legit: *Alii autem palmas in faciem ejus dederunt*, quod tamen supplevit manus recentior. In veteribus aliis MSS. Lucas Brugensis reperit: *In faciem ei dederunt*; quae postrema lectio occcurrit etiam apud Origenem in Serie Comment. in Matth. num. 112.

Col. 320.

(a) *Nam & loquela tua similis est*. Sic Corbejensis Codex, addens *ei*; subdensque: *Tunc coepit devotare, & jurare*; quae postrema lectio occurrit etiam in MSS. Codice Majoris-Monasterii, ac in Origene loc. cit. num. 114.

Col. 321.

(a) *Consilium fecerunt*. Habet & Codex S. Gatiani Turonensis.

(b) *Quia damnatus est*. Ita etiam in praecitato Codice. S. Hilarius Comment. in Matth. Cap. XXXII. habet: *Quoniam damnatus esset*. At Origenes in Serie Comment. in Matth. num. 117. legit: *Quoniam damnatus est*.

Col. 322.

(a) *Peccavi quod tradiderim sanguinem justum*. Consentit Exemplar Corbejense, & Origenes ubi supra; eademque verba citat S. Ambrosius de Poenitentia Lib. II Cap. IV. & in Epistola ad Simplicianum, & Enarrat. Psal. 61.

(b) *Secessit, & abiit, & laqueo se suspendit*. Huc quoque consonat Codex Corbejensis. *Secessit* legitur etiam in MSS. Majoris-Monasterii, & S. Gatiani Turonensis.

(c) *In Corbam*. At Codices Turonensis, & S. Germani habent: *In Corban*. Et S. Ambrosius Enarrat. Psal. 61. hunc locum sic refert: *Non licet nobis mittere in loculum*.

Col. 323.

(a) *Consilio autem accepto inter se*. Ita & MS. Exemplar Corbejense; atque Origenes loc cit.

(b) *Acheldemae*. Idem Codex legit hìc: *Acheldemach*, quemadmodum legunt etiam alius Majoris-Monasterii, & S. Germani, atque Origenes ubi supra. Apographum verò Turonense S. Gatiani habet: *Haceldemach*.

(c) Reticetur in nostro Eusebiano Codice nomen Prophetae, quamvis in Vulgata expressè citetur Jeremias, prout jam legebatur Origenis temporibus. Adducta verba nunc certè desunt in scriptis Jeremiae Prophetae, & habentur Zachariae Cap. XI. v. 12. & 13. *Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam; etsi non, quiescite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me: Projice illud ad statuarium, decorum pretium, quo appretiatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & projeci illos in domum Domini ad statuarium*. Crediderunt Brugensis, Jansenius, Maldonatus, & Baronius

nius Evangelistam Matthaeum nullius hìc Prophetae nomen expressisse, sed Amanuensem aliquem pro ingenii sui libito Jeremiae nomen substituisse. Millius in variantibus Lectionibus, aliique non pauci afferunt plura adhuc superesse Exemplaria Graeca, Latina, Syriaca, Arabica, & Persica, ubi Jeremiae nomen desideratur. At S. Augustinus Lib. III. de Consensu Evangelistarum Cap VII. & VIII. & nonnulli alii credunt Evangelistam, cùm memoriter ex Scripturis citaret testimonia, pro Zacharia Jeremiam scripsisse. Postremò sunt qui existiment verè haec verba esse Jeremiae, quae tamen Judaei malitiâ suâ excoecati sustulerint, quòd illa apertè eorum Deicidium arguerent. Plura qui cupit adeat Eruditiss. Domnum Augustinum Calmet ad hunc locum. Caeterùm in hujusmodi quaestionibus non recedendum est a sententiâ S Hieronymi Lib II. in Amos Cap V. *In omnibus Scripturis sanctis observanvandum est, Apostolos, & Apostolicos Viros in ponendis testimoniis de veteri Testamento non verba considerare, sed sensum.*

Col 324.

(a) *Acceperunt triginta argenteos*. Hoc loco pro *triginta argenteos*, ut est in Codice nostro, atque Vulgatâ, legit Codex S. Gatiani Turonensis: *XXX. Stateres*. Haec lectio confirmat aliam hujus Eusebiani Exemplaris, de qua jam verba fecimus ad Col. 299. litt. a.

Col 326.

(a) *Habebant insignem vinctum*. In Turonensi Codice S. Gatiani sic: *Habebant autem tunc vinctum*. Alius Majoris-Monasterii legit: *Habebant autem unum vinctum*.

(b) *Nihil sit tibi*. Ita Codices S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii, ac Origenes loc. cit num. 122. S. verò Hilarius Comment. in Matth. Cap. XXXIII. sic citat hunc versiculum: *Sedente autem Pilato pro tribunali, misit ad illum uxor sua dicens: Nihil tibi sit, & justo isti*.

Col. 327.

(a) *Persuaserunt populo, ut &c.* Lectio est eadem etiam in Codice S. Gatiani Turonensis, & Origene loc. cit. num. 123.

Col. 328.

(a) *Sed magis tumultum fieri*. Ita quoque Exemplar Majoris-Monasterii.

(b) *A sanguine hujus*. Sic & Corbejensis. Alius autem Majoris-Monasterii legit: *A sanguine ejus*.

Col. 329.

(a) *Jesum verò flagellis coesum*. Idem occurrit in Codice Corbejensi.

(b) *Et induerunt eum tunicam purpuream*. Codex Turonensis S. Gatiani sic habet: *Et exuentes eum, & vestierunt eum tonica porphorea, & clamidem coccineam circumdederunt ei*. Origenes loc cit. num. 125. legit: *Et induerunt eum chlamydem coccineam, & purpuram circumdederunt ei*.

Col. 330.

(a) *Et adgeniculantes se ante eum deludebant eum*. Paria occurrunt in Codice Corbejensi; & apud Origenem ubi supra.

(b) *Et expuebant in faciem ejus*. Codex S. Gatiani Turonensis legit: *Expuentes in faciem ejus*.

Col. 331.

Col. 331.

(a) *Hominem Cyreneum venientem obviam sibi nomine Simonem*. Consonat Corbejensis, & S Gatiani. In aliis idem advertit Lucas Brugensis; at in Codice Majoris-Monasterii legitur: *in obviam illis*.

Col 332.

(a) *Ut impleretur quod dictum est &c.* Verba haec asserit Eruditiss. Domnus Calmet non reperiri in Origene, Euthymio, Theophylacto, Sanctis Hilario, & Augustino, in Tito Bostrensi, in Versionibus Coptâ, Arabicâ, Aethiopicâ, in compluribus MSS. Graecis Codicibus, immò & in pluribus Latinis Exemplaribus, atque veteri Vulgatâ. Id indicat ea huc translata fuisse ex Evangelio secundum Joannem amanuensium licentiâ. An id adhuc censeri possit post hujus nostri Codicis testimonium incerti sumus. Vide quae de hoc habet Lucas Brugensis.

Col. 333.

(a) *Hic est Rex Judaeorum*. Aequè legunt Codices S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii.

(b) *Va qui destruebat &c.* Eadem Codicis nostri verba refert S. Ambrosius in Expositione Psal. 118 Serm. XV. *Vah qui destruebat Templum Dei, & in triduo illud reaedificabat? Libera te si Filius Dei es*. Non absonat S. Hilarius Comment. in Matth Cap. XXXIII. legens: *Hic est qui destruebat Templum Dei, & in triduum illud reaedificabat*. Codex etiam Corbejensis consentit sic exhibens hunc locum: *Vab qui destruebat Templum Dei, & in triduum illud reaedificabat. Si Filius Dei es, descende nunc de Cruce*. Lucas Brugensis Codices citat optimae notae, in queis habetur: *Destruit, reaedificat*. Origenes etiam loco cit. num. 132. legit: *Vab qui destruebas Templum, & in triduo reaedificabas*.

Col. 334.

(a) *Deludentes cum Scribis & Pharisaeis dicebant*. Turonensis S. Gatiani Codex legit: *Diludentes cum Scribis & Pharisaeis*. Corbejensis quoque exhibet: *Cum Scribis & Pharisaeis*. Origenes ubi supra: *Deludentes eum cum Scribis, & Senioribus, & Pharisaeis*.

(b) *Si confidet in Domino, liberet nunc eum, si vult eum*. Habentur haec verba *liberet &c.* in citato Corbejensi MS. consentiente Graeca Versione. *Liberet nunc eum* legit etiam S. Ambrosius in Enarrat. Psal. 41. at in Serm. XXI. Exposit. Psal. 118. habet S. Doctor: *Liberet nunc eum si vult*.

Col. 336.

(a) *Inposuit in harundine*. Legit Codex Turonensis S. Gatiani: *Imposuit in arundinem*.

(b) *Si venit Elias, & liberavit eum*. Habetur in Corbejensi MS. *Elias, & liberabit eum*. Legit Origenes loco cit. num. 136. *Si venit Elias, & liberet eum*.

Col. 337.

(a) *Sanctorum dormientium surrexerunt*. Ita legitur etiam in Apographo Corbejensi. Eam lectionem secutus est S. Gaudentius Episcopus Brixiensis Serm. X. de Lect. Exodi. Codex verò S. Gatiani Turonensis habet: *Sanctorum dormientium resurrexerunt*; sicut etiam Origenes in Serie Comment. in Matth num. 134. Postrema haec lectio placuit etiam S. Ambrosio in Orat. in Excessu Satyri fratris

fratris sui ; qui S. Doctor legit quoque post nonnulla consentiens cum Codice nostro : *Multis apparuerunt* . S. Hilarius Comment. in Matth. Cap. XXXIII. habet & ipse : *Multa corpora Sanctorum dormientium surrexerunt*. Cum lectione Corbejensi consonat S. Cyprianus in Expositione Symboli Apostolorum .

Col. 338.

(a) *Mulieres multae a longè videntes* . Eadem habet Codex Corbejensis . Alius Majoris-Monasterii legit : *A longè videntes* , *quae secutae fuerant* . Haec postrema lectio habetur etiam in Serie Comment. Origenis in Matth. num. 141.

Col. 340.

(a) *Tertium diem resurgam* . Vestigia hìc vides hujus lectionis, quam habent Codices Corbejensis , S. Gatiani Turonensis , & Majoris - Monasterii . Origenes quoque de Principiis Lib. III Cap. II. ita legit : *Domine* , *recordati sumus* , *quomodo seductor ille dixit* , *dum adhuc viveret* , *quia post tertiam diem resurgam* .

Col. 341.

(a) *Habetis custodes* . Eadem verba leguntur in Corbejensi ; at in alio S. Gatiani Turonensis : *Habetis milites* . Origenes in Serie Comment. in Matth. num. 145. cum Eusebiano Apographo consonat .

Col. 342.

(a) Numerus hìc appositus non modicum nos torquet ; si ènim exprimit Custodum numerum, rem habemus hìc prorsùs singularem , atque in nullo, quod sciam, Exemplari hactenùs inventam . Si autem Capitis numerus est , nulla hujusmodi nota in toto hoc Eusebiano Codice apparet , ubi , quemadmodum in Praefatione jam diximus , nulla cernitur Capitum divisio . Sanè Corbejensis Codex Matthaei Evangelium in Capita LXXIV. distribuit, quorum postremum hoc loco incipit . Haec indicare placuit , reliqua divinet Oedipus aliquis .

Col. 343.

(a) *Et vestimenta ejus candida sicut nix* . Sic & Corbejensis, addens : *A timore autem ejus commoti sunt qui custodiebant* , *& facti sunt sicut mortui* . Lucas Brugensis monet in aliis Codicibus legi plurali numero *Vestimenta* , quae lectio est Exemplarium quoque S. Gatiani Turonensis , & Majoris-Monasterii .

Col. 344.

(a) *Ecce dixi vobis* . Ita Corbejensis etiam , & alii MSS. Codices cum Graeco & Syro , Luca Brugensi teste .

Col. 345.

(a) *Consilium acceperunt &c.* Hìc Apographum Corbejense habet : *Consilium acceperunt, & pecunias copiosas dederunt militibus* .

Col. 346

(a) *Sicut erant docti* . Lucas Brugensis in lectissimis MSS. Exemplaribus reperit , ut in Codice nostro , *docti* pro *edocti* . Consonant Codex Majoris - Monasterii , & Versio Italica Martianaei .

Col. 347.

(a) *Euntes nunc docete* : S. Hilarius sic legit Tract. Psal. 2. & Psal. 65. & Lib. II. de Trinitate . Codices autem S. Gatiani Turonensis , & Majoris - Monasterii habent : *Ergo nunc docete* .

Col. 348.

(a) *Amen* addunt hoc loco Graecus Interpres , & Syrus . Credibile est hoc additum ab Ecclesia vel ad indicandum simpliciter Evangelii secundum Matthaeum finem , vel potius ad consensum fidei exprimendum . *Amen* legunt etiam Exemplar S. Gatiani Turonensis , aliique MSS. Latini Codices , quos Lucas Brugensis se vidisse testatur .



IN EVANGELIUM
SECUNDUM JOANNEM
NOTAE, ET CONCORDANTES LECTIONES.

Col. 349.

(a) *Sine illo factum est nihil*. Sic legitur etiam in Corbejensi Codice, & in alio S. Gatiani Turonensis, ubi consentiente Exemplari Majoris-Monasterii habetur paulò post, ut in nostro: *In illo vita est*. S. Ambrosius in Enarrat. Psal. 36. haec scribit: *Alexandrini quidem, & Aegyptii legunt*: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est: *& interposita distinctione subjiciunt*: In ipso vita est. *Salva sit fidelibus ista distinctio: ego non vereor legere*: Quod factum est in ipso, vita est. Quae S. Doctoris verba non absonant a lectione Eusebiani Codicis. S. Hilarius Lib. I. de Trinitate locum hunc Evangelicum sic citat: *Quod factum est in eo vita est*. Et Origenes contra Celsum Lib. VI. *Quod factum est in Verbo, vita erat*.

Col. 350.

(a) *Non erat ille lumen*. Etiam in Apographo Corbejensi habemus: *Non enim erat ipse lumen*.

(b) *In hoc mundo erat*. Idem legit praedictus Codex Corbejensis. Versiculus praecedens extat apud S. Ambrosium in Enarrat Psal. 37. consonans Exemplari Eusebiano: *Erat verum lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Et in Lucam Lib. II. legit: *In hoc mundo erat*. Origenes verò priorem S. Ambrosii lectionem habet Homil. I. in Librum Judicum. S. Cyprianus Testimon. Lib. I. versum ipsum, & sequentis initium sic habet: *Fuit lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In hoc mundo fuit &c.*

Col. 351.

(a) *In sua venit*. Codices Corbejensis, Majoris-Monasterii, S. Gatiani Turonensis, consentiente Graeco legunt: *In sua propria venit*; quae lectio occurrit quoque apud S. Ambrosium Lib. II. in Lucam; quemadmodum & Lib. VII. & apud S. Cyprianum Testim. Lib. I & Origenem Homil. I. in Leviticum. Verumtamen S. Hilarius aequè ac in nostro Exemplari, in Tract. Psal. 143. habet: *In sua venit*.

Col. 353.

(a) *Deum nemo vidit unquam nisi unicus Filius solus sinum Patris Ipse enarravit*. In Codice Majoris-Monasterii habemus: *Nisi unigenitus Filius solus, qui est &c.* Apud Origenem Lib. II. contra Celsum, & Lib. IV. in Cant. Canticor. *Deum nemo vidit unquam. Unigenitus Deus, qui est in sinu Patris, ipse enarravit*.

Col. 356.

(a) *Medius autem stat inter vos quem vos ignoratis*. Codices S. Gatiani Turonensis, & Corbejensis legunt: *Medius vestrum stat*. Apud S. Ambrosium Lib. I. de Cain, & Abel Cap. VIII. occurrit: *Medius autem vestrum stat, quem vos nescitis*. Idem repetit S. Doctor ejusdem Operis Lib. II. Cap. II. Enarrat. in Psal. 1. in Psal. 47. At in Epistola VIII. ad Irenaeum legit: *Medius autem vestrum stat, quem vos non videtis*; quod etiam habetur in ejusdem Epistola ad Vercellenses. S. Cyprianus Testim. Lib. II. sic cit t: *In medio autem vestrum stat, quem vos nescitis*. Origenes quoque legit: *Medius vestrum stat, quem vos nescitis*: Lib. IV. de Principiis; & Homil. III. in Numeros; atque in Serie Comment. in Matth. num. 65.

(b) *Cujus non sum dignus ego solvere corrigiam calciamenti ejus*. In praedicto Corbejensi Apographo habemus: *Dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus*. In alio Majoris-Monasterii: *Dignus ut solvere corrigiam calciamenti ejus*. S. Ambrosius in Lib. de Benedictionibus Patriarcharum hunc locum citat sic: *Post me venit vir, cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus*. Et in Lib. V. de Fide Cap. XIX. *Solvere corrigiam calceamenti ejus*. S. Cyprianus Testimon. Lib. II. legit: *Post me veniens homo ante me factus est, cujus non sum dignus corrigiam calciamenti solvere*. Origenes loco cit. habet: *Cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum*.

Col. 359.

(a) *Quoniam hic est electus Filius Dei*. Corbejensis legit: *Quia hic est electus Dei*. Haec lectio extat etiam apud S. Ambrosium Lib. V. in Lucam.

(b) *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi*. Sic & in Corbejensi.

Col. 362.

(a) *Filius Johannis*. Sic legunt plures veteres Codices, & Interpretes Coptus, & Aethiops. Sic Nonnus, S. Augustinus, S. Fulgentius, S. Hieronymus ad Rusticum, ita & Codex Majoris-Monasterii.

Col. 364.

(a) *Sub ficus arbore vidi te*. In Corbejensi legitur: *Sub arbore ficus vidi te*. S. Ambrosius Lib. VIII. in Lucam sic citat: *Cum esses sub arbore fici vidi te*. Sed aliter habet S. Doctor Lib. I. de Cain, & Abel Cap. VIII. *Priusquam stares sub arbore fici, vidi te*.

Col. 365.

(a) *Et erat ibi Mater Jesu invitata*. Codex quoque Corbejensis legit: *ibi invitata*.

(b) *Et vinum non habebant, quoniam consummatum erat vinum nuptiarum*. Eadem refert citatus Codex Corbejensis, sed pro *erat*, ibi legitur *est*.

Col. 368.

(a) *Et cum inebriati fuerint homines id, quod deterius*. Adverbium *tunc* desideratur etiam in Apographo Corbejensi; sicut & in Origene Lib. I. in Cant. Canticor.

Col. 369.

(a) *Et fecit tamquam flagellum de restibus*. Corbejensis lectio est: *Et fecit quasi flagellum de veste*. Error est, quantum conjicimus, typographicus in Editione variantium Lectionum apud Domnum Calmet, legendumque videtur *de reste*.

Col. 371.

Col. 371.

(a) *Et tu tribus diebus resuscitabis illud?* Quidam antiqui Codices ex Luca Brugensi, aequè ac noster praepositionem *in* reticent.

Col. 375.

(a) *In utero matris suae*. Consonant Codices S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii.

(b) *Quod natum est de carne &c.* Hanc lectionem totidem verbis conceptam, nimirum etiam cum additione, quae in Vulgata desideratur: *Quia Deus spiritus est*: habet Codex Corbejensis. S. Ambrosius de Spiritu Sancto Lib. II. Cap. VII. lectionem ipsam exhibet; quemadmodum & S. Hilarius Lib VII. de Trinitate. Vide etiam Ivonem Carnotensem Epist. I. De hoc Versiculo quaedam ex Clarifs. Blanchino in Praefatione jam dedimus.

Col. 376.

(a) *Sic est omnis qui renascitur de aqua, & spiritu*. Corbejensis legit: *Sic est omnis, qui natus est ex aqua & spiritu*. S. Hilarius Lib. XII. de Trinitate sic citat: *Sic est omnis, qui natus est ex aqua, & Spiritu Sancto*.

Col. 378.

(a) *Sic enim Deus dilexit hunc mundum, ut Filium suum unicum daret*. Legunt Codices S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii *hunc mundum - - - unicum daret*. S. Ambrosius de Poenitentia Lib. I. Cap. XI. integrum sic exhibet versum: *Quia sic Deus dilexit hunc mundum, ut Filium suum unigenitum daret; ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam*.

Col. 379.

(a) *Quia non credidit*. Plures MSS. Codices, ubi sic legitur, ut etiam in Graeco & Syro, citat Lucas Brugensis. S. Cyprianus Testim. Lib. II. locum hunc his verbis citat: *Qui non crediderit, jam judicatus est, quia non credidit in nomine unici Filii Dei*.

(b) *Lux venit in hoc mundo*. Habet Codex Corbejensis: *Lux venit in hunc mundum*. S. Ambrosius Enarrat. in Psal. 1. sic citat: *Hoc autem est judicium, quia lux venit in hunc mundum*. Eadem versione usus est S. Hilarius Tract. Psal. 1.

Col. 380.

(a) *Omnis qui prava agit odit lucem*. In Corbejensi Codice habetur: *Qui mala agit*: quam lectionem in aliis quoque Exemplaribus occurrere Lucas Brugensis asserit.

Col. 381.

(a) *In Judaeam terram*. Alios quoque Libros sic legentes affert idem Lucas Brugensis.

(b) *Facta est ergo quaestio*. MSS. Codices Ecclesiae suae, in queis sic habetur, citat idem Brugensis.

Col. 385.

(a) *Qui in dicto obaudiens est &c.* In Exemplari Corbejensi legitur: *Qui autem non credit Filio*. Versio haec Corbejensis reperitur quoque apud S. Ambrosium Lib. I. de Poenitentia Cap. XII. S Cyprianus Testim. Lib. II. *Qui dicto non audiens est in Filio, non habet vitam aeternam*, legit.

Col. 385.

Col. 386.

(a) *Terram Judaeam*. Codices S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii legunt: *Judaeam terram*.

(b) *Sichar*. Advertit S. Hieronymus in Epitaphio Paulae Cap. XIV. hìc legendum esse *Sichem* non *Sichar*; scribens: *Transivit Sichem, non, ut plerique errantes legunt, Sichar, quae nunc Neapolis appellatur*. Et Quaest. in Genes. Cap. XLVIII. 22. *Hebraicae Sichem dicitur, ut Joannes quoque Evangelista testatur, licet vitiosè ut Sichar legatur, error inolevit*. Jam ergo communis erat hujusmodi lectio tempore S. Eusebii nostri.

(c) *Sedebat supra fontem*. Adverbium *sic* desideratur etiam in Apographo Corbejensi, ubi tamen legitur: *Sedebat super puteum*.

Col. 387.

(a) *Cùm sim Samaritana*. In Codicibus S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii habemus: *Cùm sim mulier*.

Col. 388.

(a) *Qui puteum nobis hunc dedit*. In Codice Corbejensi legitur: *Puteum hunc*; in alio verò S. Gatiani Turonensis: *Puteum istum*.

(b) *Omnis qui biberit ex aqua*. Sic etiam Codices S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii; & S. Cyprianus in Epistola LXIII. ad Coecilium scribens: *Omnis qui biberit ex aqua ista sitiet iterum*.

Col. 390.

(a) *Hoc verum dixisti*. Consonat Corbejensis.

Col. 391.

(a) *Veniet hora*. Idem legitur in laudato Codice Corbejensi, atque in aliis quoque MSS. reperiri, testis est Lucas Brugensis. Sic etiam habent Exemplaria S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii.

Col. 392.

(a) *Scio quòd Messias venturus est*. Habet Vulgata nostra: *Scio quia Messias venit*; verùm non dissonant hae lectiones; sensus enim verborum Vulgatae esse videtur: *Messias in proximo est ut veniat: Messias citò veniet*.

Col. 393.

(a) *Et dixit homini: Venite videte hominem, qui mihi dixit omnia*. In Corbejensi ita legitur: *Et dixit hominibus: Venite, & videte hominem, qui dixit omnia*.

Col. 395.

(a) *Congeret fructum*. Corbejense Exemplar habet: *Congerit fructum*.

Col. 398.

(a) *Galilaei universi*. Ita etiam citatus Codex Corbejensis.

Col. 399.

(a) *Erat ibi quidam Basiliscus*. Vulgata hìc habet *Regulus*. Scripsit autem vetus Interpres *Basiliscus* ex Graeco, ubi hìc legitur: τις βασιλικός. Fortasse legebatur olim in Graeco Textu βασιλισκος, quod latinè *Regulus* dicitur. In quibusdam MSS. Codicibus lectionem Eusebianam haberi asserit Domnus Augustinus Calmet.

Col. 401.

(a) *Meliùs habuit*. Consonat Apographus Corbejensis.

Col. 402

(a) *Est autem Hierosolymis &c.* Etiam in eodem Codice Corbejensi legitur: *Est autem Jerosolymis in inferiori parte natatoria piscina, quae dicitur hebraicè Berzeta*. S. Ambrosius quoque non uno loco pro *piscina*, habet *natatoria*.

(b) *Angelus autem Domini &c.* Lectio Corbejensis est ut sequitur: *Angelus autem descendebat, & movebat aquam, & quicumque prior descendisset in natatoriam sanus fiebat*. In Codice verò S. Gatiani Turonensis legitur: *Angelus enim descendebat, & movebat aquam, & quicumque priùs descenderet in natatoria sanus fiebat quacumque teneretur infirmitate*. In alio Majoris-Monasterii: *Angelus autem Domini - - - - & movebat aquam, & quicumque priùs discenderet in natatoria post motionem aquae - - - - - teneretur infirmitate*.

Col. 404.

(a) *Sanus factus est &c.* Habet Codex S. Gatiani Turonensis: *Factus est, & sustulit*. Alius Majoris-Monasterii: *Factus est homo, & sustulit*.

Col. 411.

(a) *Ejus* loco *Filii*. Habere hanc lectionem alios veteres Codices consentientes Graeco, & Syro monet Lucas Brugensis. Versum hunc sic citat S. Ambrosius Enarrat. in Psal. 43. *Multi dormientium in terrae monumentis resurgent*. S. Hilarius verò sic Tract. Psal. 67. *Omnes qui sunt in monumentis audient vocem ejus*; quod repetit idem S. Doctor Tract. Psal. 146.

(b) *Qui malè egerunt*. Consonant Codices S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii. S. Hilarius loco priùs cit. legit: *Et prodient qui bona gesserunt in resurrectionem vitae, qui autem iniqua gesserunt in resurrectionem judicii*.

Col. 414.

(a) *Scrutate Scripturas, in quibus vos existimatis &c.* Hìc habet Corbejense Exemplar: *Scrutamini Scripturas, in quibus vos putatis vitam aeternam habere*. Consonat Corbejensi lectioni S. Cyprianus Testim. Lib. I. hunc citans locum sic: *Scrutamini Scripturas, in quibus putatis vos vitam aeternam habere*. Veteres *Scruts* activè usurpasse liquet ex Nonnio, ac Prisciano.

Col. 415.

(a) *Gloriam ab hominibus non accipio*. Consentit Corbejensis. At S. Hilarius Lib. IX. de Trinitate legit: *Honorem ab hominibus &c.*

Col 416.

(a) *Et non accipistis me*. In aliis etiam Codicibus *accepistis* pro *accipitis* teste Luca Brugensi occurrit. Ita reperitur quoque in Exemplaribus S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii, atque apud S. Hilarium eodem Lib. IX. de Trinit. S. Cyprianus Testim. Lib. II habet: *Ego veni in nomine Patris mei, & non recepistis me*. S. Ambrosius Enarrat. in Psal. 43. *In nomine Patris veni, & non me suscepistis*; & Lib. I. de Spiritu Sancto Cap. XIII. *Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me*.

(b) *Quomodo potestis vos credere gloriam &c.* In Corbejensi: *Quomodo potestis vos credere gloriam ab invicem quaerentes; Et gloriam, quae ab illo solo est Deo &c.*

Apud

Apud S. Hilarium citato Lib. IX. de Trinitate ſic profertur hic locus: *Quomodo poteſtis vos credere, qui honorem ab hominibus accipitis, & honorem ejus, qui eſt ſolus Deus, non quaeritis?*

(c) *Eſt qui vos accuſet Moyſes*. Sic etiam Codices S. Gatiani Turonenſis, & Majoris-Monaſterii. Habet S. Ambroſius in Epiſt. ad Horontianum: *Moyſes vos accuſat, in quem ſperatis*; & S. Cyprianus Teſtim. Lib. I. *Eſt qui vos accuſet Moyſes, in quem vos ſperatis*.

Col. 418.

(a) *In proximo*. Codex S. Gatiani Turonenſis legit: *In proximum*; alius Majoris-Monaſterii: *proximus*.

Col. 423.

(a) *Et navis confeſtim facta eſt ad terram*. Codicis Corbejenſis haec eſt lectio: *Confeſtim navis facta eſt ad terram, quam ibant*.

Col. 425.

(a) *Signa & prodigia*. Sic etiam Codex S. Gatiani Turonenſis.

Col. 427.

(a) *Panem de coelo illum verum*. Ita legit & Exemplar Corbejenſe.

Col. 428.

(a) *Panis enim Dei eſt, qui deſcendit de coelo, & vitam dat huic mundo*. In eodem Codice Corbejenſi ſic: *Dei enim panis eſt, qui de coelo deſcendit, & dat vitam huic mundo*.

Col. 429.

(a) *Nihil ex eo perdam, ſed reſuſcitabo illum in noviſſima die*. Corbejenſis legit: *Non perdam nihil ex eo*. In Codice S. Gatiani Turonenſis, & Majoris-Monaſterii: *Reſuſcitabo illud in &c.*

Col. 430.

(a) *Ego ſum panis qui deſcendi &c.* Omittit Codex noſter adjectivum *vivus*, quod deſideratur etiam in Graeco, & Syro, & pluribus MSS teſte Luca Brugenſi. S. Hilarius in Tract. Pſal. 127. ita locum hunc citat: *Ego ſum panis vivus de coelo*.

Col. 431.

(a) *Nolite murmurare inter vos*. At Corbejenſis lectio eſt: *Nolite murmurare invicem.*

(b) *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, adtraxerit illum*. Etiam Corbejenſis habet: *Adtraxerit eum*. S. Ambroſius legit Lib. VIII in Lucam: *Nemo venit ad me, niſi Pater meus, qui miſit me, adtraxerit eum*. Auctor librorum de Sacramentis Lib. II. Cap. XII. hunc locum ſic exhibet: *Nemo enim poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, adtraxerit eum*. S. verò Hilarius Tract. Pſal. 131. aliter profert, nimirum: *Nemo venit ad me, niſi Pater, qui me miſit, adducat illum*.

Col. 432.

(a) *Hic eſt autem panis, qui de coelo deſcendit*. Sic quoque in MS. Corbejenſi. Verumtamen in Codicibus S. Gatiani Turonenſis, & Majoris-Monaſterii habetur tantùm: *Qui de coelo deſcendit*.

Col. 433.

(a) *Pro hujus mundi vita*. Legitur idem in Corbejensi. S. Cyprianus de Orat. Dominica sic habet: *Panis quem ego dedero, caro mea est pro saeculi vita*.

(b) *Dare manducare*. Corbejensis: *ad manducare*.

Col. 435.

(a) *Si acceperit homo &c.* Etiam in Codice Corbejensi hìc habetur additamentum in haec verba Eusebiani Exemplaris, sed in fine additionis legitur: *habebit vitam in illo*. Cantabrigiensis etiam MS. Codex, aliique plures hìc alia quaedam proferunt additamenta.

Col. 436.

(a) *In Capharnaum Sabbato*. In Autographo Corbejensi post verba *docens in Capharnaum*; manu recenti additum est *Sabbato*.

Col. 437.

(a) *Cognovit Jesus intra se*. In Codice eodem Corbejensi habetur: *Cognovit autem Jesus*.

(b) *Quod si videritis Filium hominis &c.* Idem Codex legit: *Quid ergo cùm videritis &c.* S. Hilarius Lib. X. de Trinit. *Quid si videritis Filium hominis ascendentem ubi antea fuit?*

(c) *Nam caro nihil prodest*. Corbejensis lectio est: *Nam caro non prodest*.

Col. 438.

(a) *Et ampliùs cum illo non ambulabant*. Consonat idem Codex Corbejensis.

Col. 439.

(a) *Judam Simonem*. Ita etiam Codex Majoris-Monasterii.

Col. 440.

(a) *De XII.* Hanc lectionem habent etiam Exemplaria Majoris-Monasterii, & S. Gatiani Turonensis.

(b) *Non enim habebat potestatem in Judaea ambulandi*. Corbejensis eadem lectio est excepto quod habet: *in Judaeam*. Plures e veteribus legisse hoc loco *valebat* pro *volebat*, quemadmodum occurrit in Vulgata nostra, asserit Domnus Calmet.

Col. 441.

(a) *Manifesta te huic mundo*. In Codice S. Gatiani Turonensis: *Mundo huic*. Et Corbejensis in sequentibus cum nostro consonat; nam in eo habetur: *Neque enim tunc fratres ejus*.

Col. 442.

(a) *Non ascendam*. Sic ex Luca Brugensi nonnullos legere novimus, prout etiam Graecos, & Syros.

Col. 443.

(a) *Seducit populum*. Hoc habet Corbejensis quoque.

Col. 450.

(a) *Sacerdotum*. Quidam Libri teſtante Luca Brugenſi habent hoc verbum, prout etiam in Syro, & Graeco reperitur.

(b) *Dixit ergo Jeſus*. In Syris, Graeciſque, ut monet idem Brugenſis, pronomen *eis* non habetur, quemadmodum etiam in pluribus aliis Codicibus MSS.

Col. 451.

(a) *Numquid in diſperſionem Graecorum &c.* Etiam Exemplar Corbejenſe legit: *Numquid in diſperſionem Graecorum incipit ire, & docere Graecos*. Sic quoque plures Interpretes vertiſſe docet Domnus Calmet, qui & rationem aſſignat, quod Judaei omnes populos dividerent in Judaeos, Graecos, & Barbaros.

(b) *In noviſſima autem magna die feſti &c.* Corbejenſis habet: *In noviſſimo autem die illo magno diei feſti, ſtabat Jeſus*.

Col. 455.

(a) *Niſi audiat prius ab illo, & cognoſcat &c.* Jam citatus Codex legit: *Niſi audierit primùm ab ipſo, & cognoverit quid facit*.

Col. 456.

(a) Quamvis Codex noſter Euſebianus Hiſtoriam mulieris adulterae non narret, ut fuſiùs in Praefatione jam diximus, Corbejenſe tamen Exemplar illam refert.

(b) *Ambulavit* pro *ambulabit*. Alia ex Luca Brugenſi Exemplaria non pauca ſic legunt, conſentiente S. Auguſtino, atque Editione Graecâ, & Syrâ.

Col. 457

(a) *Undè venerim, & quò vadam*. Sunt alii Codices, monente eodem Luca Brugenſi, qui legunt: *Undè veniam, aut quò vadam*.

Col. 460.

(a) *Ego de ſuperioribus ſum*: Sic occurrit etiam in Corbejenſi. S. Ambroſius Lib. I. de Abraham Cap. VIII. legit: *Ego non ſum de hoc mundo, ego de ſupernis ſum*.

(b) *Si enim non credideritis quoniam ego ſum, moriemini in peccatis veſtris*. S. Cyprianus eadem ferè habet Teſtim. Lib I. *Si enim non credideritis, quia ego ſum &c.* Graecus quoque, & Syrus legunt: *in peccatis veſtris*; prout etiam in aliquibus MSS. Latinis reperit Lucas Brugenſis.

Col. 461.

(a) *Initium quod loquor vobis*. S. Ambroſius Lib I. Hexaem. Cap. II. & IV. Lib de Tobia Cap. IX. & de Fide Lib. III. Cap VII. & Lib. V. Cap. X. legit: *Principium, quod & loquor vobis*. S. Auguſtinus in Joannem: *Principium, quia & loquor vobis*. S. Gregorius Lib. II. Homil. II. in Ezechiel: *Ego principium, propter quod & loquor vobis*. Codices etiam S. Gatiani Turonenſis, & Majoris-Monaſterii conſonant legentes: *Principium quod loquor*. Alios citat Codices Lucas Brugenſis, ubi pro *quò*, habetur *quod*.

(b) *Haec loquor in hoc mundo*. Corbejenſi in Autographo legitur: *Haec eloquor in hunc mundum*.

(c) *Quod Patrem illis diceret Deum*. Aliqui ſuffragante S. Auguſtino, & Graecis pluribus pro *ejus*, legunt *eis*, ut ait Lucas Brugenſis. In Codicibus S. Gatiani Turonenſis, & Majoris-Monaſterii habemus: *Patrem eis eſſe Deum dicebat*.

Col. 462.

(a) *Si vos manseritis in verbo meo*. Consonat Codex Corbejensis, nam legit: *Si vos manseritis in verbo meo, verè discipuli mei estis*. S. Cyprianus de bono Patientiae habet: *Si permanseritis in verbo meo*. S. Ambrosius Lib. X. in Lucam: *Si manseritis in verbo meo*.

Col. 465.

(a) *Quaeritis me occidere hominem, qui veritatem locutus sum vobis*. In Corbejensi Exemplari legitur: *Hominem, qui veritatem locutus est vobis, quam audivit a Deo*.

Col. 467.

(a) *Mendax est sicut & pater ejus*. Sic legit etiam Codex Majoris-Monasterii. Ita legerunt quoque SS. Cyrillus Alexandrinus, & Ambrosius, aliique plures, quos recenset Domnus Calmet; praecipuè Origenes Comment. in Matth. Tom. XII.

(b) *Ego quia veritatem dico, non creditis mihi*. Concordant huic lectioni Codices Corbejensis, S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii.

(c) *Si veritatem dico, quare &c.* Hìc quoque consonant citati MSS. Codices.

Col. 468.

(a) *Me non honorificatis*. Quosdam Codices Latinos, Graecos, & Syros monet Lucas Brugensis hìc legere: *inhonoratis*.

Col. 469.

(a) *Numquid tu major es quàm Abraham &c.* Habet Corbejensis: *Numquid tu major es quàm Abraham, qui mortuus est*.

Col. 471.

(a) *Ante Abraham ego sum*. Eadem legit Corbejense Exemplar, & Origenes in Serie Comment. in Matth. num. 6.

(b) *Ut jactarent*. Consonant Codices S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii.

Col. 473.

(a) *Cùm sum in hoc mundo, lux sum hujus mundi*. Etiam Corbejensis legit: *Cùm in hoc mundo sum, lux sum hujus mundi*. S. Ambrosius in Epistola ad Bellicium cum lectione Corbejensi omnino consentit.

Col. 474.

(a) *Vicini ergo ejus, & qui videbant illum priùs*. In aliis MSS. Codicibus reperit Lucas Brugensis *ejus*, & *videbant*.

(b) *Alii dicebant &c.* In Corbejensi Apographo sic: *Alii dicebant: hic est; alii autem dicebant: quia similis est ei*.

Col. 475.

(a) *Et abii, & lavi, & video*. Alios Codices, qui cum nostro consonant, affert Lucas Brugensis. At Corbejense Exemplar legit: *Et abii, & lavi, & vidi*.

Col. 476.

(a) *Alii dicebant &c.* Lucas idem Brugensis MSS. habuit Codices particulam *autem* omittentes, ut Graeci faciunt, aequè ac Codex noster.

Col. 477.

(a) *Non crediderunt &c.* In Corbejensi habemus : *Non credebant Judaei de illo , quoniam coecus fuit , & videt , donec evocarentur parentes ejus .*

Col. 479.

(a) *Da honorem Deo* . Sic & citatus Corbejensis Codex :

Col. 480.

(a) *Et non audistis* . Ita Codex S. Gatiani Turonensis :

Col. 481.

(a) *In hoc mirandum est &c.* Particulam *enim* hic non omittendam censuit Lucas Brugensis , quod indicio est illum in aliis quoque Exemplaribus non reperisse .

Col. 484.

(a) *Et audierunt igitur haec ex Pharisaeis* . Hoc loco desideratur *quidam* , quod sicut in Graeco , & Syro , in aliis MSS. Codicibus Lucas Brugensis non invenit .

(b) *Qui non intrat per januam* . Corbejensis Apographi haec est lectio : *Qui non intrat per januam in cohortem ovium* ; quod habet etiam Origenes in Serie Comment. in Matth. num. 59. Codex quoque Majoris-Monasterii legit : *per januam* .

Col. 486.

(a) *Ego sum janua* . Sic & Codices Corbejensis , ac Majoris-Monasterii . Ita quoque S. Ambrosius de Institut. Virginis Cap. VIII. & S. Hilarius Tract. Psal. 120.

Col. 487.

(a) *Si quis per me intraverit* . Exemplar Turonense S. Gatiani habet : *Per me si quis intraverit* .

(b) *Animam suam ponit pro ovibus*. MSS. Codices alios eodem legentes modò praetermisso *suis* post *ovibus* consentientibus Graeco , & Syro vidit Lucas Brugensis . *Ponit* pro *dat* legit etiam S. Ambrosius Exposit. in Psal. 118. Serm. XX. *Bonus Pastor animam suam ponit pro ovibus suis* ; lectionem eandem secutus in Lib. II. de Fide Cap. II. Integrum versiculum sic habet Romanus Clerus in Epist. III. ad Clerum Carthaginensem inter Opera S. Cypriani : *Ego sum Pastor bonus , qui pono animam meam pro ovibus meis* .

Col. 488.

(a) *Novi Patrem* . Consonat Codex Majoris-Monasterii . S. Ambrosius Lib. I. de Interpellatione Job , & David Cap. IX. legit : *Sicut agnovit me Pater , & ego agnosco Patrem* .

Col. 489.

(a) *Et alias quidem oviculas habeo* . Corbejensis legit : *Et alias oviculas habeo* .

(b) *Et fiet una grex*. In eodem Codice : *Et fiet unus grex* . At S. Cyprianus in Epist. LXXVI. ad Magnum habet : *Et erit unus grex*. Caeterùm *grex* apud Latinos etiam foeminini generis est observante Nonio III. 109. in Lucret. II. 661. *Buceriaeque greges* . In marmore Patavino a Reinesio illustrato occurrit : *grex Veturiana* .

Col. 490.

Col 490.

(a) *Et potestatem habeo iterum sumendi eam : hoc enim mandatum accepi a Patre* . In Corbejensi Autographo sic : *Potestatem habeo sumendi eam . Hoc praeceptum accepi a Patre* . S. Cyprianus Testim. Lib. II. integrum versum sic exhibet : *Nemo aufert animam meam a me , sed ego a me pono eam ; potestatem habeo ponendi eam , & potestatem habeo iterum sumendi eam : hoc enim mandatum accepi a Patre meo* .

Col. 492.

(a) *Sicut dixi vobis* . Hoc additamentum extare etiam in Graeco Textu asserit Domnus Calmet, monens in pluribus MSS. nihilominus haec verba desiderari . Sed Lucas Brugensis Graecè , & Syriacè hoc legi affirmat .

Col. 494.

(a) *Ad quos sermo fiebat Dei* . Consonat Codici nostro etiam Corbejensis. S. Hilarius de Trinitate Lib. VII. habet : *Ad quos verbum Dei factum est* .

Col. 495.

(a) *In hunc mundum* . Sic Apographum Exemplar Majoris-Monasterii , ubi etiam : *quia blasphemat* . Origenes consonat Homil. XI. in Numer. *Misit in hunc mundum* . S. Hilarius de Trinitate Lib. VII. ita legit : *Quem Pater sanctificavit , & misit in hunc mundum , vos dicitis quia blasphemavi , quoniam dixi : Filius Dei sum* . S Cyprianus Lib. II. Testim. sic exhibet hunc locum : *Quem Pater sanctificavit , & misit in saeculum , vos dicitis quia blasphemas , quia dixi : Filius Dei sum* .

(b) *Si autem facio , & non vultis mihi credere &c.* Habet Corbejensis Codex : *Quod si facio , & non vultis mihi credere , operibus credite , & cognoscetis , quia in me est Pater , & ego in eo* . S. Hilarius de Trinit. Lib. VII. legit : *Si non facio opera Patris , nolite credere mihi : Si autem facio , & mihi non vultis credere , operibus credite , ut sciatis , & cognoscatis , quoniam Pater in me , & ego in eo* . Et S. Cyprianus Testim. Lib. II. *Quod si non facio facta Patris , nolite mihi credere ; quod si facio , & mihi non vultis credere , factis credite ; & cognoscite , quoniam in me est Pater , & ego in illo* .

Col. 496.

(a) *In locum , ubi fuerat Johannes priùs baptizans* . Legit Exemplar Corbejense : *Ubi erat Johannes priùs baptizans , & manebat illic* .

Col. 498.

(a) *Infirmitas haec non est ad mortem , sed pro gloriam Dei , ut magnificetur Filius Dei in illo . Amabat enim Jesus Lazarum , & sorores ejus* . In Corbejensi : *Sed pro gloria Dei , ut glorificetur Filius Dei in ipso : Diligebat Jesus Lazarum , & Mariam , & sororem ejus* . S. Ambrosius de Fide Lib. IV. Cap. X. legit : *Haec infirmitas non est ad mortem , sed pro claritate Dei ; ut clarificetur Filius Dei per ipsum* . Et S. Hilarius de Trinit. Lib. IX. *Infirmitas ista non est usque ad mortem , sed pro gloria Dei est , ut honorificetur Filius Dei per eum ;* quod etiam repetit Lib X

(b) *Infirmatur* . Ita Codices quoque S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii .

(c) *In eodem loco biduo* . Consonat Exemplar Corbejense .

Col. 500.

(a) *Obdormit; sed vado, & suscito illum.* In praecitato Apographo Corbejensi habemus: *Ut a somno suscitem eum*; & apud S. Ambrosium Lib. de Bono Mortis Cap. VIII. *Sed vado, ut suscitem eum.*

Col. 501.

(a) *Jam quadriduum habentem in monumento.* Idem Codex Corbejensis legit: *Quadriduo in monumento habentem.* Alius Majoris-Monasterii: *Jam quartum diem.*

(b) *Ferè stadiis quindecim.* Corbejensis verò: *Ferè a stadiis quindecim.*

Col. 502.

(a) *Petieris a Deo.* Consonat Exemplar MS. Turonense S. Gatiani.

Col. 503.

(a) *Filius Dei*, omisso *vivi*, quod desiderari in multis antiquis Codicibus, quemadmodum in Graeco, & Syro notavit Lucas Brugensis; non habetur etiam in laudato Codice S. Gatiani Turonensis.

Col. 504.

(a) *Venit, & vocat te.* Legit eadem memoratus Codex Turonensis.

(b) *Surrexit.* Ita cum Syro quaedam MSS. Exemplaria, quae Lucas Brugensis inspexit.

Col. 505.

(a) *Maria ergo ut venit ubi erat Jesus, & vidit illum, cecidit &c.* Etiam in Corbejensi occurrit: *Ut venit ubi erat Jesus.* Et in alio Majoris-Monasterii: *Erat Jesus, cecidit.*

Col. 506.

(a) *Coeci*, omisso *nati*. Sic in aliis antiquis Codicibus legit Lucas Brugensis. Desideratur quoque in Graeco, & Syro.

Col. 507.

(a) *Videbis majestatem Dei.* Corbejensis: *claritatem Dei.*

Col. 508.

(a) *Propter turbam circumstantem.* In Codicibus quoque S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii habetur *turbam*. S. Ambrosius de Fide Lib. IV. Cap. VII. integrum sic exhibet versiculum: *Pater gratias ago tibi, quia audisti me: Et ego sciebam, quia semper me audis, sed propter turbam, quae circumstat, dixi; ut credant &c.* Et S. Hilarius de Trinit. Lib. X. *Pater gratias ago tibi, quia exaudisti me; & ego sciebam, quia semper me exaudis, sed propter turbam dixi, ut credant &c.*

Col. 509.

(a) *Qui venerant ad Mariam.* Apographi Codices plures, teste Luca Brugensi, omittunt *& Martham*. Id etiam non legit S. Augustinus, neque habent Graeci, & Syri Codices. Desideratur quoque in MSS. S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii.

Col. 510.

Col. 510.

(a) *Qui erat anno illo Princeps Sacerdotum*. Legit Codex Corbejensis: *Cùm esset Princeps Sacerdotum anni illius*.

(b) *Neque cogitatis quod expedit*. In eodem Codice: *Neque cogitatis quia expedit*.

Col. 514.

(a) *Fecerunt illi coenam*. Etiam Codex S. Gatiani Turonensis, omittens adverbium *ibi*, legit: *Fecerunt ei coenam*.

Col. 515.

(a) *Dicit*, pro *dixit*, & alii quidam habent Codices, quemadmodum Graeci quoque, quod Lucas Brugensis docet, ubi etiam *Schariotes*.

(b) *Venit*, pro *venit* legitur etiam in MS. Turonensi S. Gatiani. S. Ambrosius sic citat Comment. in Lucam Lib. VI. *Potuit enim venumdari trecentis denariis, & dari pauperibus*.

(c) *Non quòd de pauperibus cura illi esset*. In Corbejensi: *Non quòd de pauperibus cura esset illi*.

Col. 516.

(a) *Ea, quae mittebantur, auferebat*. Sic legit etiam MS. Majoris-Monasterii. Corbejensis autem *exportabat*, quam lectionem Lucas Brugensis carpit. Origenes habet: *subripiebat* in Serie Comment. in Matth. num. 9.

(b) *Non semper habebitis*. Ita occurrit pariter in Codicibus S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii. Illud habet etiam Syrus.

(c) *Turba autem multa ex Judaeis audiit &c.* In Corbejensi: *Et turba multa - - - - - audivit*.

Col. 517.

(a) *Acceperunt flores palmarum*. Eadem verba occurrunt quoque in Autographo Corbejensi. Quàm vetus sit hujusmodi lectio in Ecclesia innuit Ordo Romanus, ubi Dominica Palmarum appellatur: *Dies Palmarum, seu florum, atque ramorum*. Apud Gallos nunc quoque dies ipsa vocatur: *Pascha florum, vel Pascha floridum*. *Pasques fleuries*. Et in Responsorio Processionali canit Ecclesia ipsa: *Occurrunt turbae cum floribus, & palmis &c.* Coptus legit: *Ramos palmarum, & surculos*.

Col. 520.

(a) *Et erant quidam Graeci ex eis, qui ascenderant ut adorarent in diem solemnem*. Habet Corbejensis Codex: *Et erant Graeci quidam ex his, qui ascenderant in die festo, ut adorarent*. In Textu Graeco S. Joannis legitur: Ἕλληνες. Coptus autem habet: *Et fuerunt ex illis gentes ex hominibus Graeciae*. Vide Not. (a) Col. 451.

Col. 521.

(a) *Nisi granum tritici*. Sic etiam in Corbejensi; & apud S. Ambrosium Enarrat. in Psal 43. ubi S. Praesul lectionem Codicis nostri secutus locum sic citat: *Nisi granum tritici cadens in terram moriatur*; & Comment. in Lucam Lib. VII. ubi etiam subdit: *Multum fructum adferet*.

Col. 522.
(a) *Pater libera me de hanc hora*. Corbejensis lectio est: *Pater libera me ex hac hora*. Initium autem hujus versiculi: *Nunc anima mea turbatur*; totidem verbis exhibet S. Ambrosius Lib. II. de Fide Cap. V. quod occurrit etiam apud Origenem in Serie Comment. in Matth. num. 65. & 74.

Col. 525.
(a) *Adbuc modicum tempus lux in vobis est*. Consonat Corbejense MS. Exemplar legens: *Adbuc modicum tempus lux est in vobis*. Grӕcus quoque addit χρόνον; quod non habemus in Vulgata, neque in aliquot veteribus MSS. Quae verò sequuntur in Codice nostro, nimirum: *Ambulate dum lucem habetis, ne vos tenebrae comprehendant*; sic citavit etiam S. Cyprianus de laude Martyrii.

Col. 527.
(a) *Intellegant corde*. Idem habemus in Codicibus Turonensi, & Majoris-Monasterii.

Col. 528.
(a) *In hunc mundum veni*. Concordat Corbejensis.

Col. 529.
(a) *Sed ut salvum faciam*. Alium Codicem sic legentem citat Lucas Brugensis. Eadem quoque est lectio Apographi S. Gatiani Turonensis.

Col. 531.
(a) *Qui erant in hoc mundo, usque in finem*. Corbejensis quoque sic legit.
(b) *Sicarietis*. Alios Codices aequè legentes Lucas Brugensis profert. Consentit Graecus, & Exemplar S. Gatiani Turonensis.

Col. 533.
(a) *Si non lavero tibi pedes, non babes partem mecum*. Lucas Brugensis plura Exemplaria, & Graecos etiam legere *non babes* hoc loco monuit. S. Ambrosius Enarrat. in Psal 48. & in Prol. Lib. I. de Spiritu Sancto sic citat: *Nisi lavero tibi pedes*. De Virginitate Cap. X. *Si enim non lavero tibi pedes*. In Lib. de Mysteriis Cap. V. *Si non lavero tibi pedes*. Origenes Homil. V. in Isaiam: *Si non lavero pedes tuos*.
(b) *Non tantùm pedes, sed & manus, & caput*. Ita & Corbejensis; & S. Ambrosius de Mysteriis Cap. V.

Col. 535.
(a) *Quantò magìs vobis alterutro debetis labare pedes*. Legit Codex Corbejensis: *Quantò magìs & vos*: alius verò Majoris-Monasterii: *Quantò magìs debetis & vos*. S. Cyprianus in Epist. VI. ad Clerum ita citat: *Si ego lavi pedes vestros Magister & Dominus, & vos debetis aliorum pedes lavare*. S. Ambrosius de Virginitate Cap. X. *Si ego lavi pedes vestros Dominus & Magister, quantò magìs vos debetis alter alterius pedes lavare?* De Mysteriis Cap V. *Quantò magìs & vos debetis lavare pedes invicem vobis?* Et in Prol. Lib. I. de Spiritu Sancto: *Si ergo ego lavi pedes vestros Dominus & Magister, & vos invicem lavate pedes vestros*. Origenes Homil VI. in Isaiam: *Si ergo Dominus & Magister vester lavi vobis pedes, & vos debetis alterutrum lavare pedes*.

Col. 536.

(a) *Levavit*. Sic plura alia MSS. Exemplaria, & Textus Graecus, testante Luca Brugensi.

(b) *Qui accipit eum, quem misero*. Consonant Corbejensis, & Majoris-Monasterii Codices.

Col. 537.

(a) *Turbatus est in spiritu*. Idem legit Corbejense MS. Exemplar.

Col. 538.

(a) *Innuit ergo huic Simon Petrus dicens: Interroga qui est de quo dicit. Recumbens ergo ille &c.* Corbejensis Apographi lectio haec est: *Innuit ergo ei Simon Petrus, & dixit ei: Interroga quis est de quo dixit. Recumbens autem ille &c.* Origenes Lib. I. in Cant. Canticor. habet: *Interroga quis hic, de quo dicit*.

Col 540.

(a) Etiam in Codice Corbejensi desideratur aequè ac in nostro: *Si Deus clarificatus est in eo*. S. Hilarius de Trinitate Lib IX. versum hunc sic legit: *Nunc honorificatus est Filius hominis, & Deus honorificatus est in eo. Si Deus honorificatus est in eo, & Deus honorificavit eum in se, & Deus protinus honorificavit eum*. Et ejusdem Operis Lib. XI. *Nunc glorificatus est Filius hominis, & Deus glorificatus est in eo, & Deus glorificavit eum in se, & Deus protinus glorificavit eum*. Quod autem sequitur in nostro Codice Eusebiano: *Filioli adhuc pusillum vobiscum sum*: occurrit apud eundem S Hilarium in Tract. Psal. 126. & 131.

Col. 542.

(a) *Et ait discipulis suis*. Plura Exemplaria, quae citentur a Calmet, cum nostro hìc consentiunt in his verbis, quae primo versiculo praemittuntur, & in quibusdam etiam reperitur: *Ne conturbetur cor vestrum*. Quamvis obvium sit additamentum in Codicibus Graecis, & Latinis, cum Vulgata id non habeat, censendum est a docto Viro aliquo primùm fuisse Textui insitum, ut Orationis sensus sibi constaret; revera enim quae sequuntur verba non Petro soli dicta fuisse patet, sed & aliis, qui aderant, Apostolis.

(b) *Credite in Deum*. Ita Codices quoque S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii.

(c) *Alioquin dixissem*. Legit etiam Codex praedictus Majoris-Monasterii.

Col. 543

(a) *Eo, ut praeparem*. Vulgata ait: *dixissem vobis, quia vado &c.*; particulam verò *quia* non habet Codex noster, quam etiam in Textu Graeco desiderari asserit Domnus Calmet. Illam in aliquibus Graecis MSS. quemadmodum & in Syriaco, Arabico, & Nonno haberi idem affirmat.

Col. 544.

(a) *Si me cognovistis &c.* Consentit Corbejensis, ubi sic: *Si cognovistis me, & Patrem meum cognovistis, & amodo nostis eum, & vidistis eum*. S Hilarius de Trinitate Lib. VII praecedentem versiculum, & hunc sic citat: *Ego sum via, & veritas, & vita. Nemo venit ad Patrem nisi per me: Si scitis me, & Patrem meum scitis, & amodo scietis eum, & vidistis eum*. S. Ambrosius de Fide Lib. III. Cap. VII. legit & ipse: *Ego sum via, & veritas, & vita*.

(b) *Qui me vidit, vidit & Patrem.* Quidam alii Codices, & Graecus ita legunt, ut ait Lucas Brugensis; quod fecit & S. Hilarius loco cit. & Tract. Psal. 91. atque Lib. II. de Trinitate.

Col. 545.

(a) *Non credis.* Sic plures Codices MSS. Graecus, & Syrus, prout etiam S. Augustinus ex eodem Brugensi. Ita legit etiam S. Ambrosius Hexaem. Lib. VI. Cap. VII. in Lucam Lib. I. & de Fide Lib. I. Cap. VII. S. Hilarius quoque Tract. Psal. 138. habet: *Non credis mihi quoniam ego in Patre &c.*

(b) *Sed Pater, qui in me manet, ipse loquitur, & opera, quae ego facio, ipse facit.* Non dissentit Corbejensis legens: *Pater autem, qui in me manet, ipse loquitur, & opera, quae facio, ipse facit.* S. Ambrosius Lib. de Incarnationis Dominicae Sacramento Cap. VIII. habet: *Pater, qui in me manet, ipse & opera, quae ego facio, ipse facit.* Sed S. Hilarius Tract. Psal. 59. sic citat hunc locum: *Pater, qui in me loquitur, ipse facit opera sua;* & in Tract. Psal. 138 *Verba, quae ego loquor vobis, non a me loquor: Sed Pater, qui in me manet, ipse facit opera sua;* idque repetit de Trinitate Lib. VII.

(c) *Alioquin vel propter opera ipsa credite mihi.* Corbejensis habet: *Propter opera credite mihi.* S. Hilarius de Trinitate Lib. IX. & Tract. Psal. 138. hunc locum ita profert consentiens fermè Codici nostro: *Credite mihi, quoniam ego in Patre, & Pater in me. Sin autem vel propter opera credite* S. Ambrosius de Fide Lib. V. Cap. XI. & ipse habet: *Credite mihi, quia ego in Patre, & Pater in me est. Alioquin &c.*

Col. 546.

(a) *Quidquid petieritis in nomine meo. Patrem* hic omittunt plures alii MSS. Codices apud Lucam Brugensem, Graecus, & Syrus, & S. Augustinus Desideratur hoc verbum in Codicibus quoque S. Gatiani Turonensis, ac Majoris-Monasterii. S. Ambrosius in Exposit. Psalmi 118. Serm. XX. habet: *Ego ad Patrem vado: & quodcumque ab eo petieritis in nomine meo, hoc faciam;* quod repetit Lib. V. de Fide Cap. V.

(b) *Si quid petieritis &c.* Corbejensis hic exhibet: *Et si quid petieritis a Patre in nomine meo, ego faciam.* Alia MSS. Exemplaria, quae citat Lucas Brugensis omittunt *me*.

Col. 547.

(a) *Ut vobiscum sit in aeternum.* Haec eadem profert Corbejensis. S. Ambrosius Comment. in Lucam Lib. II. integrum versum ita citat: *Rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut vobiscum sit in aeternum;* eademque versione utitur Lib. I. de Spiritu Sancto Cap. IV. S. Hilarius Tract. Psal. 120. habet: *Et alium Advocatum mittet vobis;* & Tract. Psal. 125. *Mittet vobis & alium consolatorem.* Lectionem verò Codicis nostri ferè integram secutus est S. Doctor de Trinitate Lib. II. *Ego rogabo Patrem, & alium Advocatum mittet vobis, ut vobiscum sit in aeternum, Spiritum veritatis.*

(b) *Quem hic mundus non potest accipere.* Sic Codex quoque S Gatiani Turonensis. S. Ambrosius Comment. in Lucam Lib. II. legit: *Quem hic mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec agnoscit eum.* Idem repetit quoque Lib. I. de Spiritu Sancto Cap. IV. postremis verbis exceptis, scilicet: *nec cognoscit eum.*

(c) *Agnoscitis.* Alii Codices cum Graecis, & Syris legunt: *cognoscitis;* affirmante Luca Brugensi, sicut & *manet* paulò post pro *manebit*.

Col. 548.

Col. 548.

(a) *Non videbit*. Consonat Codex S. Gatiani Turonensis: *Vos videbitis me*. S. Hilarius de Trinitate Lib. VIII. consentit legens: *Vos autem me videbitis*.

(b) *Qui habet praecepta mea*. Legitur etiam in Apographo Corbejensi.

Col. 549.

(a) *Et non huic mundo*. Idem occurrit etiam in eodem MS. Codice, consentientibus aliis S. Gatiani Turonensis, & Majoris Monasterii, in quorum postremo legitur ferè ut in nostro: *Quod nobis manifestas te*.

Col. 550.

(a) *Paraclitus ille Spiritus Sanctus*. Sic legit etiam Corbejensis. Apud Novatianum de Trinitate inter Opera Tertulliani habemus ferè Codicis nostri lectionem, nimirum: *Advocatus autem ille Spiritus Sanctus, quem missurus est Pater, ille vos docebit, & commemorabit omnia quaecumque dixero*. Origenes de Principiis Lib. I. Cap. III. *Consolator Spiritus Sanctus ille vos docebit omnia, & commonebit omnia, quae dixi vobis*.

(b) Codex Corbejensis omittit & ipse *vobis*, prout citatus Novatianus. *Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis*. Eadem occurrit lectio in MSS. Corbejensi, S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii. S. Cyprianus Lib. de Unitate Ecclesiae habet: *Pacem dimitto vobis, pacem meam do vobis*. S. Hilarius Tract. Psal. 119. *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*. S. Ambrosius de fuga Saeculi Cap. V. *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis*. Sequitur autem Codicis nostri lectionem omnino in Lib. IV. de Interpellat. Job, & David Cap. III. sed in Expositione Psal. 118. Serm. XVII. sic citat: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*, quae lectio est etiam Auctoris Libror. de Sacramentis inter ipsius S. Ambrosii Opera Lib. IV. Cap. III. Origenes Homil. XIII. in Lucam legit: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis*.

(c) *Non quomodo hic mundus dat*. Consonat Apographus Codex Corbejensis. Origenes autem loc. cit. sic: *Non sicut mundus iste dat pacem, ego do pacem*.

Col. 551.

(a) *Jam non multa loquor vobiscum, venit enim hujus mundi princeps, & in me nihil habet invenire*. Majoris-Monasterii Exemplar consentit nostro legens *loquor*. Quae sequuntur in nostro Codice: *Venit enim &c.* S. Ambrosius variis legit modis, ubique tamen verbum *invenio* occurrit; nam in Lib. II. de Abraham Cap. IX. habemus: *Venit mundi hujus princeps, & in me inveniet nihil*. In Lib. de fuga Saeculi Cap. IV. *Venit enim princeps mundi hujus, & in me inveniet nihil*. In Lib. de Tobia Cap. IX. *Ecce venit hujus mundi princeps, & in me suum non invenit nihil*. Enarrat. in Psal. 38. *Veniet hujus mundi princeps, & in me suum inveniet nihil*. Comment. in Lucam Lib. IV. de Officiis Lib. I. Cap. XLIX. & de Virginitate Cap. XVII. *Venit hujus mundi princeps, & in me inveniet nihil*. Et tandem in Epistola ad Justum: *Venit enim hujus mundi princeps, & in me inveniet nihil*. Eodem verbo usus est quoque S. Hilarius hoc loco, etenim in Tract. Psal. 58. & 68. legit: *Ecce veniet princeps mundi, & non inveniet in me quidquam*. Comment. in Matth. Cap. III. *Venit princeps hujus saeculi, & non invenit in me quidquam*. Uno tantum loco habemus apud eundem verbum *habet*, de Trinitate scilicet Lib. IX. *Venit enim princeps hujus mundi, & in me*

habet nihil. At Origenes de Principiis Lib. II. Cap. VI. legit: *Ecce venit princeps mundi, & in me non invenit quicquam*. Et in Homil. XXIII. in Lucam: *Venit princeps mundi istius, & in me habet nihil*.

Col. 552.

(a) *Ut cognoscat hic mundus*. Eadem est Corbejensis Apographi lectio. S. Hilarius de Trinitate Lib. IX. *Sed ut sciat mundus*.

(b) *Tollit*. Sic alios Codices, & Graecos, & Syros etiam legere monet Lucas Brugensis. Novatianus de Trinitate inter Opera Tertulliani hunc locum sic exhibet: *Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola: Omne sarmentum in me non adferens fructum tollit illud, & omne fructiferum purgat, ut fructum ampliorem ferat*. S. autem Hilarius Tract. Psal. 51. ita profert: *Ego sum vitis vera, vos estis propagines, Pater meus agricola est. Omnis propago in me non manens, neque ferens fructum, eradicabitur. Et omnem propaginem in me manentem emundabit Pater meus, ut fructum ampliorem ferat*. In utroque plura supersunt Versionis Codicis nostri vestigia, quemadmodum & in Origene in Selectis in Jeremiam num. 6. scribente: *Ego sum vitis vera, vos autem palmites; pater verò meus agricola est. Omnem palmitem in me manentem, & bonum fructum afferentem Pater meus purgat, ut fructum plus afferat; Omnem verò palmitem in me manentem, & fructum non ferentem Pater meus excidit, & in ignem mittit*. Et Homil. V. in Ezechielem: *Ego sum vitis, vos palmites, Pater meus agricola. Omnem palmitem, qui in me manet, & fructum affert, Pater meus putat, ut fructus majores afferat, palmitem, qui manet in me, & fructum non affert, Pater meus excidit, & in ignem mittit*.

Col. 553.

(a) *Sicut sarmentum vitis non potest ferre fructum a se*: Etiam Exemplar Corbejense legit: *non potest ferre fructum a se*. S. Ambrosius Hexaem. Lib. III. Cap. XII. habet: *Sicut palmes non potest fructum afferre a se*.

(b) *Sic & vos*. Ita quoque S. Gatiani Turonensis, ac Majoris-Monasterii Codices. Consonat & S. Ambrosius loco mox citato: *sic & vos si in me non manseritis*.

(c) *Hic adferet fructum copiosum*. Corbejensis, & Majoris-Monasterii Apographorum lectio est: *Hic adfert fructum copiosum*.

Col. 556.

(a) *Majore hanc caritatem*. Eandem fuisse vetustissimam hujus versiculi lectionem patet ex Antiphona de Communi Apostolor. in Romano Breviario: *Majorem Charitatem nemo habet &c.* Hanc etiam sequitur Ambrosiana Ecclesia in Antiphona, sive Psallenda, quae canitur Feria V. in Coena Domini, dum Archiepiscopus pauperum pedes abluit: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Majorem Charitatem nemo habet &c.*

(b) *Jam non dico vos &c.* Non pauca MSS. Exemplaria, in queis sic habetur, Lucas Brugensis inspexit. Id etiam occurrit tam in Graeco, & Syro, quàm in Codice S. Gatiani Turonensis, & apud S. Hilarium Tract. Psal. 138. sic legentem: *Jam non dico vos servos, quia servus nescit quid velit Dominus ejus; vos autem dico amicos*. Idem habet S. Ambrosius in Lucam Lib. VII. *Jam non dico vos servos*; & Origenes Homil. XVI. in Genesim.

Col. 557.

(a) *A Patre petieritis*. Codices verò S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii: *Petieritis a Patre meo*. *Sci-*

(b) *Scitote quia me prius odiit.* Legit Corbejensis: *Quia me priorem odio habuit.* Sanctus Cyprianus in Epist. LVI. ad Thibaritanos sic vertit: *Si saeculum vos odit, mementote quia me priorem vobis odit. Si de saeculo essetis, saeculum quod suum esset amaret; sed quia de saeculo non estis, sed ego elegi vos de saeculo, propterea odit vos saeculum.* Origenes Homil. I. in Josue legit: *Odit vos hic mundus, quia me priorem vestrum odio habuit.*

Col. 558.

(a) Verba haec: *Nec Apostolus major ejus, qui misit eum. Si haec nostis felices estis, si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico. Ego scio quos elegerim;* adeo Codicis nostri Eusebiani peculiaria sunt, ut in omnibus, quos vidi, Codicibus omnino desiderentur, nullusque Interpretum hoc in Apographis aliis reperiri indicaverit.

Col. 561.

(a) *Perbibetis.* Cum Graeco, & Syro alios ita legentes Codices protulit Lucas Brugensis. Praecedentem versiculum S. Hilarius Lib. VIII. de Trinitate ferè cum nostro Exemplari consentiens sic exhibet: *Cùm venerit Advocatus ille, quem ego mittam vobis a Patre, spiritum veritatis, qui a Patre meo procedit, ipse testificabitur de me.*

(b) *Extra Synagogam vos facient.* Codex S. Gatiani Turonensis: *Extra Synagogam facient vos.* Corbejensis verò legit: *Extra Synagogas fecerunt vos.*

Col. 562.

(a) *Sacrificium.* Consentit huic lectioni Graecus Textus. Integer versus hic habetur apud S. Cyprianum in Epist. LVI. ad Thibaritanos: *Veniet hora, ut omnis, qui vos occiderit, putet se obsequium Deo facere. Sed haec facient, quoniam non cognoverunt Patrem, neque me. Haec autem locutus sum vobis, ut cum venerit hora eorum, memores sitis, quia ego dixi vobis.*

Col. 564.

(a) *Quia princeps hujus mundi judicatus est.* Ita in Corbejensi quoque legitur Codice, aliisque apud Lucam Brugensem, cum Graecis, & Syris.

(b) *Cùm venerit Spiritus veritatis &c.* Corbejensis habet: *Ille Spiritus veritatis deducet vos in omnem veritatem.* Alios MSS. Codices ejusdem lectionis adducit Domnus Augustinus Calmet. Hanc quoque fuisse vetustissimam lectionem indicat Oratio Missae Feriae IV. quatuor Temporum Pentecostes: *Mentes nostras, quaesumus Domine, Paraclitus, qui a te procedit, illuminet; & inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.* Sanè S. Ambrosius Lib. II de Spiritu Sancto Cap. XI ita locum citat: *Cùm venerit autem ille Spiritus veritatis deducet vos in omnem veritatem.* Paria sunt quae S. Praesul habet Lib. III. ejusdem Operis Cap. XV. S. Hilarius de Trinitate Lib. II. legit: *Ille vos diriget in omnem veritatem;* & Lib. VIII. *Cùm venerit ille Spiritus veritatis, diriget vos in omnem veritatem.*

Col. 565.

(a) *Quaecumque audierit loquetur.* Corbejensis habet *loquitur.* Consonat S. Ambrosius, apud quem Lib. II. de Spiritu Sancto Cap. XI. haec leguntur: *Non enim loquetur a semetipso, sed quae audierit, loquetur; & quae evenient, annuntiabit vobis.* S. Hilarius quoque Lib. II. de Trinitate consentit, scribens: *Non enim loque-*

loquetur a se , sed quaecumque audierit loquetur , & ventura adnunciabit vobis . Ille me bonorificabit , quia de meo sumet . Et Lib. VIII. *Non enim loquetur a semetipso , sed quaecumque audierit loquetur , & futura annunciabit vobis .*

Col. 566.

(a) *Discipuli ejus* . Consonat Codex Majoris-Monasterii .
(b) *Quaeritis ad invicem* . Ita etiam in Corbejensi Apographo .

Col. 567.

(a) *Quoniam vos flebitis, & lugebitis* . Idem Exemplar Corbejense consentit . S. Cyprianus de Mortalitate sic citat hunc locum : *Amen, amen dico vobis, quoniam vos plorabitis , & plangetis , saeculum autem gaudebit : vos tristes eritis* .
(b) *In gaudium convertetur* . Sic quoque MS. Majoris-Monasterii . At S. Cyprianus loc. cit. *In laetitiam veniet* .
(c) *Quia venit dies ejus* . Ita legit Corbejensis quoque . S. Ambrosius versum integrum sic profert Comment. in Lucam Lib. X. plurimùm consentiens versioni Codicis nostri : *Mulier cùm parturit , tristitiam babet , quia venit hora ejus : cùm autem pepererit , jam non meminit tristitiae* .

Col. 568.

(a) *Nemo auferet a vobis* . Eadem lectio est Corbejensis Apographi ; & S. Cypriani de Mortalitate, qui sic locum citat : *Et gaudium vestrum nemo auferet a vobis* .
(b) *Nibil me interrogabitis* . Similia habet etiam Graecus Textus . At Corbejensis Codex legit : *Non me interrogabitis quidquam* . Id quod in aliis Exemplaribus MSS. Lucas Brugensis animadvertit .

Col. 570.

(a) *A Deo exivi a Patrem veni &c.* Codex S. Gatiani Turonensis habet : *Ego a Deo exivi , a Patre , & veni in mundum* . Alius Majoris-Monasterii : *Ego a Patre meo a Deo exivi* . S. Hilarius de Trinitate Lib. II. *Ego a Deo exivi , & a Patre veni &c.*
(b) *Veni in bunc mundum* . Sic legit & Corbejensis , & S. Hilarius loco citato ; atque Origenes in Prologo Cant. Canticor.

Col. 571.

(a) *Unusquisque in sua* . In eodem Codice Corbejensi ipsa occurrit lectio , quemadmodum & in Epistola S. Ambrosii ad Irenaeum , ac in Enarrat. Psal. 38. atque in Lib. IX. S. Hilarii de Trinitate .

Col. 572.

(a) *In bunc mundum vexatiorem babebitis , sed gaudete , quia ego vici mundum* . Eadem ferè leguntur in Corbejensi ; nam ibi sic : *Pressuram habebitis , sed gaudete , quoniam ego vici mundum* . S. Cyprianus de Exhortatione Martyrii ita citat : *In saeculo autem pressuram babebitis , sed fidite quoniam ego vici saeculum* . Sanctus Hilarius de Trinitate Lib. IX. *In boc autem saeculo tribulationem babebitis, sed animaequi estote , quia vici ego mundum* . Codices etiam S. Gatiani Turonensis , & Majoris-Monasterii legunt : *Quia ego vici &c.*

Col. 578.

Col. 578.

(a) *Pro his*. MSS. consonant Lucae Brugensis, suffragante S. Augustino, & Graeca editione. S. Hilarius Tract. Psal. II. legit: *Non pro his rogo tantùm, sed & pro illis, qui credituri sunt &c.* S. Cyprianus verò de Orat. Dominica habet: *Non pro his autem rogo solis, sed & pro illis, qui credituri sunt per verbum ipsorum in me*.

Col. 579.

(a) *Et hic mundus*. Conjunctionem *&* plura alia Exemplaria habent, teste Luca Brugensi, consonantque S. Augustinus, Graecus, & Syrus.

Col. 580.

(a) *Torrentem Cedri*. Inconstantiam MSS. Codicum prodit hic Domnus Augustinus Calmet, nam in aliquibus Graecis habetur: *Torrentem Cedrorum*; in aliis *Cedron*, addens non constare, quod aliqui sensere, huic Torrenti nomen inditum fuisse, quòd in marginibus ejus Cedri virescerent, sed deductam potiùs ab *obscuritate* censet hujuscemodi nuncupationem, hoc enim significat *Kidron*, cùm Cedri nusquam in sacris Libris aliter appellentur quàm *Arasim*. Nonnulla ex Versione Codicis nostri occurrunt apud S. Ambrosium Lib. IV. Comment. in Lucam: *Haec cùm dixisset Jesus, cum discipulis suis transivit trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse cum discipulis suis*.

Col. 581.

(a) *De Pharisaeis ministros*. Innuere videtur haec locutio, praeter cohortem militarem, ad Jesum comprehendendum advenisse etiam ministros, qui Pharisaeorum opinionem profiterentur. Sanè geminas satellitum turmas distinguit Sanctus Lucas Cap. XXII. v. 52. nam ibi: *Dixit autem Jesus ad eos, qui venerant ad se Principes Sacerdotum, & Magistratus Templi, & Seniores &c.* Quin & in hoc ipso Evangelio v. 12. hujus Capitis haec divisio cernitur; nam primò enunciatur *Cohors, & Tribunus*, quae nomina Romanorum militum propria sunt, tum nominantur *ministri Judaeorum*.

Col. 582.

(a) *Ut impleatur*. Sic legunt Codices quoque S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii, atque S. Ambrosius, qui Enarrat. Psal. 61. ita locum citat: *Si me quaeritis, sinite hos abire; ut impleatur sermo, quem dixit Jesus: Quia non perdidi ex ipsis quemquam praeter unum*. Vestigia lectionis hujus nostri Exemplaris habemus apud S. Hilarium de Trinit. Lib. X. *Ut adimpleretur verbum, quod dixerat: Quoniam quos dedisti mihi, non perdidi ex eis neminem*.

Col. 583.

(a) *Remitte gladium in theca sua*. Vulgata legit *gladium tuum*, quod postremum verbum atquè ac MS nostrum Exemplar reticere Syrum, aliosque vetustos Codices ex Luca Brugensi didicimus. S. Hilarius Tract. Psal. 131. habet: *Reconde gladium tuum in thecam*; idque repetit de Trinit. Lib X. Origenes quoque in Serie Comment. in Matth. num. 103. habet: *Reconde gladium tuum in thecam suam*.

(b) *Non vis bibam illum?* Ita etiam Codices S. Gatiani Turonensis, ac Majoris-Monasterii. S. Ambrosius Comment. in Lucam Lib. VII. sic locum citat: *Calicem, quem mihi Pater dedit, non vis ut bibam illum?*

Col. 585.

Col. 585.

(a) *Discipulus ille alius* . Quaedam Exemplaria , ubi idem habetur , Lucas Brugensis se vidisse testatur .

Col. 586.

(a) *Ad carbones* : occurrit etiam in Apographo Corbejensi .

Col. 587.

(a) *Unus adstans ex ministris dedit palmam in faciem &c.* Citatus Corbejensis Codex ita vertit : *Unus adstans ex ministris dedit palmam Jesu dicens : Sic respondes Principi Sacerdotum* .

Col. 589.

(a) *Dicit unus ex servis &c.* Alia quoque optimae notae Exemplaria , in queis desideratur *ei* , pervolutavit Lucas Brugensis .

Col. 590.

(a) *Ad Caipham Principem Sacerdotum in praetorium &c.* Codices S. Gatiani Turonensis , & Majoris-Monasterii legunt : *ad Caipham in praetorium - - - - - ne polluerentur* ; quin alios multos veteres Codices sic legere animadvertit Lucas Brugensis adeo ut ab hac lectione non recesserit ne Sanctus quidem Augustinus dum haec tractaret communem secutus per ea tempora lectionem .

Col. 593.

(a) *Ne ego traderer* . Omisso pronomine eadem habet Exemplar MS. S. Gatiani Turonensis . S. Cyprianus Testim. Lib. II locum hunc citans nonnulla profert Codici nostro Eusebiano respondentia , ibi enim sic : *Regnum meum non est de isto saeculo . Si de isto saeculo esset regnum meum , ministri mei turbarentur , ne traderer Judaeis : nunc autem regnum meum non est hinc . Dixit Pilatus : Ergo Rex es tu ? Respondit Jesus : Tu dicis quoniam Rex sum . Ego in hoc natus sum , & in hoc veni in saeculum , ut testimonium perhibeam veritati . Omnis qui est de veritate , audi vocem meam* .

Col. 594.

(a) *Est autem consuetudo , ut unum &c.* Lucas Brugensis insignes alios inspexit Codices, ubi *vobis* desideratur .

Col. 596.

(a) *Et dabant illi palmas* . Legit Corbejensis : *Dabant ei palmas* , cui consonat Exemplar Majoris-Monasterii . *Palmas* quoque Lucas Brugensis in aliis reperit MSS.

(b) *Exiit ergo Jesus foris* . Alium vidit Codicem ipse Brugensis , ubi hoc loco legebatur *foras* . Consentiunt Graecus , & Syrus .

(c) Etiam in Apographo Corbejensi deerat hic : *Et dicit eis* : *Ecce homo* ; sed addidit manus recentior .

Col. 599.

(a) *Ergo* pro *autem* optima alia MSS. Exemplaria , Graeco etiam consentiente , legunt Luca Brugensi teste .

(b) *Lithostrotus* . Eadem lectio est Codicis Majoris-Monasterii .

Col. 600.

(a) *Praeparatio* Latinum vocabulum pro Graeco *Parasceve*, quod Vulgata retinuit. Idem occurrit in Corbejensi, ubi sic: *Erat autem praeparatio Paschae, hora autem, hora quasi sexta.*

Col. 601.

(a) *Alios duos latrones.* Postremum hoc verbum *latrones* non habet Vulgata; sed consonat lectio haec cum Evangelio Lucae Cap. XXIII. v. 32 *Ducebantur autem & alii duo nequam &c.* Talis habebatur profectò a perfidis Judaeis innocentissimus Dominus, ut impleretur Scriptura: *Et cum iniquis deputatus est.*

Col. 603.

(a) *Unicuique militi partem.* Desideratur hìc *& tunicam* quemadmodum deest quoque in Corbejensi.

(b) *Erat autem tunica de summo.* S. Cyprianus de Unitate Ecclesiae legit: *De tunica autem, quia de superiori parte non consutilis, sed per totum textilis fuerat, dixerunt ad invicem: Non scindamus illam, sed sortiamur de ea cujus sit.* Corbejensis Codex haec exhibet: *Tunica autem, quae erat contexta de superiori per totum, non erat consutilis;* Et Sanctes Pagninus vertit: *Erat autem tunica inconsutilis a summo texta per totum.*

Col. 605.

(a) *Et discipulum adstantem quem diligebat.* Etiam in Corbejensi habetur, Textu Graeco adstipulante.

Col. 606.

(a) *Quoniam coena pura erat.* Exemplar Corbejense legit: *Quoniam Parasceve coenam paraverant, ne remanerent &c.* Quid autem sit haec *coena pura* ab Evangelistae Interprete pro *Parasceve* posita, ut in Vulgata habemus, paulò altiùs est repetendum. *Coenam puram* habuere etiam Romani veteres, tunc cum inter profanae religionis tenebras versabantur, sic appellatam, ni fallor, quòd simplex esset, & antiquae frugalitatis speciem praeseferret. Festus verbo *penem* inquit: *In coenis puris offa penita dicebatur, idest offa porcina cum cauda.* Fuit etiam apud Graecos; Apulejus enim ad finem Asclepii scribit: *Hoc optantes convertimus ad puram, & sine animalibus coenam.* Celebrem quoque extitisse apud Hebraeos, testis est Tertullianus Lib. V. adversùs Marcionem Cap. IV. ubi ait: *Dies observatis, & tempora, & annos, & Sabbata, ut opinor, & coenas puras, & dies magnos.* Cùm autem primi Christianae Religionis nostrae cultores adhuc plerosque Judaeorum ritus sequerentur, eos coenam frequentasse puram arguimus ex Philone Lib. de Vita contemplativa, ubi describitur illorum coena a cruentis dapibus pura, in qua pro cibo panis apponeretur, sal pro obsonio, pro condimento hyssopus. Sanè citatus Tertullianus Lib. de Poenitentia Cap. IX. *Pastum & potum*, ait, *pura nosse, non ventris, sed animae causâ.* Non longè igitur a vero esse videtur quisquis existimaverit nihil aliud fuisse *coenam puram*, quàm Xerophagian, cujus saepius Tertullianus idem meminit adversùs Psychicos. Propriè tamen hoc loco hujuscemodi vox *coenam* Judaeorum significat, quae *pura* vocabatur, & de qua agit S. Augustinus Tract. LXX in Joannem. Baronius Tom. I. Annal. Ecclesiast. ad annum Christi XXXIV. disertè docet Paschae Parasceven *coenam puram* fuisse dictam, cùm ad vesperam Judaeorum ritus esset Azymorum comestionem incipere;

 cipere;

cipere ; ortumque inde vocabulum , quòd ipsi puri puro pane , hoc est absque fermento impuritatis symbolo , vescerentur .

(b) *Erat autem magnus dies illius Sabbati* . Corbejensis Codex habet : *Erat enim magnus dies illius Sabbati* .

Col 607.

(a) *Et viderunt &c.* Non absimilis est lectio Codicis S. Gatiani Turonensis .

(b) *Latus ejus percussit* . Ita & Graecus Interpres vertit .

Col 608.

(a) *Ossum ejus non confringitis ab eo* . Veteres Latini *ossum* pro *os* scribere solebant . Terentius in Eunucho idem verbum usurpavit ; quamvis enim in editis habeamus :

Viden' otium & cibus quid faciat alienus ?

tamen Eruditissimus Cardinalis Petrus Bembus in Lib. de Virgilii Culice , & Terentii Fabulis, ex Codice suo vetustissimo restituendum censuit : *Ossum & cibus* . Occurrit hoc loco *ossum* etiam in Apographo Corbejensi , ubi sic : *Ossum non confringentis ab eo* . Illud autem *confringitis* pro *comminuetis* , quod est in Vulgata ; habetur quoque in Versione Pagnini Cap. XII. Exodi v. 46. *Os non confringetis in eo* .

(b) *Viderunt in quem compunxerunt* . Consonat Exemplar Corbejense .

Col. 609.

(a) *Venerunt ergo, & tulerunt illum* . Habet citatus Codex Corbejensis : *Venerunt ergo , & tulerunt eum . Venit ergo Nicodemus* .

Col. 610.

(a) *Adligaverunt illum linteaminibus cum aromatibus* . In Corbejensi : *Adligaverunt cum arom tibus* . Alia Exemplaria ex Luca Brugensi legunt : *Ligaverunt eum linteis* .

(b) *Sicut est consuetudo* . Consentiunt Codices Corbejensis , & S. Gatiani Turonensis .

Col. 612.

(a) *Venit prior* . Sic legit in alio MS. Codice Lucas Brugensis .

Col. 613.

(a) *Quòd oportet &c.* Corbejensis lectio est : *Quia oportet eum resurgere a mortuis* ; prout etiam legit Codex S. Gatiani Turonensis . Alia Exemplaria apud Lucam Brugensem habent *oporteret* , quod est etiam in Apographo Majoris - Monasterii .

Col. 615.

(a) *Illa stetit & ait* . In Corbejensi habemus : *Et conversa illa dicit hebraicè , Rabboni , quod interpretatur Magister , Domine* .

Col. 616.

(a) *Die illa* . Alii quidam Codices , quos inspexit Lucas Brugensis , hanc exhibent lectionem .

(b) *Ubi erant discipuli propter &c.* Sic & Codex S. Gatiani Turonensis , ubi desideratur *congregati* .

Col. 617.

(a) *Et gavisi sunt discipuli*. Idem habemus in Corbejensi.

Col. 618.

(a) *Vestigium clavorum*. Graecus quoque habet τὸν τυπὸν: hoc est *typum*, *figuram*, *vestigium*. S. Ambrosius in Exposit Psal 118. Serm. XV. legit: *Nisi videro in manibus ejus fixuras &c.* At S Hilarius Lib III de Trinitate consonat ferè Codici nostro; nam locum sic citat: *Nisi videro in manibus ejus figuram clavorum*.

Col. 619.

(a) *Pax vobiscum*. Legitur aequè in Apographo Majoris-Monasterii.

Col. 620.

(a) *Quoniam vidisti, credidisti*. Verbum *Thoma* in pluribus MSS. Codicibus Graecis desiderari docet Domnus Augustinus Calmet, sed & Lucas Brugensis multa Latina Exemplaria, concordante Syro, pluribusque Graecis nomen ipsum reticere affirmat. Consonat prorsus lectioni Codicis Eusebiani S. Hilarius Lib. VII. de Trinitate. S. autem Cyprianus Testim. Lib. II. legit: *Quia vidisti me, credidisti*.

Col 623.

(a) *Tunicam*. Hanc Lucas Brugensis affirmat esse plurium veterum Exemplarium lectionem.

(b) *Vident carbones incensos, & piscem superpositum, & panem*. Legit Corbejensis Codex: *Vident carbones incensos, & piscem, & panem superpositum*.

Col 624.

(a) *Quos cepistis*. In Corbejensi: *Quos nunc cepistis*.

(b) *Audebat ex discipulis* Ita habet & Graecus Textus. Sunt qui legant *discentium* pro *discumbentium*, teste Domno Calmet.

Col 625.

(a) *Simon Johannis amas me?* Clerus Romanus in Epist III. ad Clerum Carthagin. inter Opera S. Cypriani sic locum hunc citat: *Dixit Simoni Jesus: Diligis me?* Sed & Codex Corbejensis non habet *plus his*. S Ambrosius de Apologia David Cap. VI. Codicis nostri versionem secutus est, sed ejusdem Libri Cap IX. sic habet: *Simon Johannis diligis me? Dixit ei: Utique Domine, quia diligo te*; idemque repetit Comment. in Lucam Lib X.

(b) *Pasce oves meas*. Ita etiam Exemplaria S. Gatiani Turonensis, & Majoris Monasterii; & Clerus Romanus loco cit. S. Ambrosius in Prol. Lib. V. de Fide legit gradatim hanc Salvatoris responsionem sic: *Pasce agniculos meos, pasce agnos meos, pasce oviculas meas*.

Col. 626.

(a) *Cùm esses adolescentior*. Lectio Codicis Corbejensis hoc loco est: *Cùm esses juvenior*.

Col 627.

(a) *Et dixerat: Domine quis est &c.* Etiam in praecitato Codice Corbejensi: *Dixerat ei* habemus.

Col. 628.

(a) *Dum venio*. In Codice S. Gatiani Turonensis legitur : *Donec venio* ; sicut & apud S. Ambrosium de Excessu Satyri sic habemus : *Si eum volo sic manere , donec venio , quid ad te ?*

(b) *Non moreretur* . Idem Codex Turonensis ita legit : *Non moriretur* .

Col. 629.

(a) *Et alia multa &c.* Habet Corbejense Apographum : *Et alia autem multa fecit Jesus , quae si scriberentur , nec ipsum arbitror mundum capere eos Libros , qui scriberentur* Aliud autem S. Gatiani Turonensis : *Et alia multa , quae non sunt scribta , quae si scribarentur - - - - capere eos , qui scribendi sunt libros* . Origenes verò sic Homil. XXVII. in Lucam : *Multa & alia locutus est , quae non sunt scripta in libro isto : quae si scriberentur , neque ipsum puto mundum capere potuisse libros , qui scribendi erant* .



IN

IN EVANGELIUM
SECUNDUM LUCANUM
NOTAE, ET CONCORDANTES LECTIONES.

Col. 630.

(a) *Quoniam quidem multi temptaverunt &c.* In Corbejensi aequè ac in Vulgata legitur. At S. Ambrosius in Lucam Lib. I. habet: *Quoniam multi conati sunt.*

Col. 634.

(a) *Quoniam ecce exaudita est &c.* Eadem est lectio Corbejensis Codicis. In alio verò S. Gatiani Turonensis: *Quia ecce exaudita est*. S. Ambrosius loco cit. ita reddit: *Quoniam ecce oratio tua exaudita est*.

Col. 635.

(a) *Et incredibiles ad prudentiam justorum*. Consonat citatus Corbejensis Codex. Initium autem hujus versiculi: *Praeibit in conspectu ejus*; sic citat S. Ambrosius loco cit. *Praeibit in conspectu Domini*.

Col. 639.

(a) Reliquiae apparent hìc ejus lectionis, quae occurrit etiam in laudato Apographo Corbejensi: *Benedixit eam, & dixit illi*:

(b) Etiam hìc cernitur vestigium lectionis ejusdem Codicis: *Inter mulieres. Ipsa autem, ut vidit eum, mota est in introitu ejus*; quam secutus est etiam S. Ambrosius Comment. in Lucam Lib. I. At Codex S. Gatiani Turonensis habet: *Ipsa autem, quae cùm vidisset, turbata est*.

Col. 640.

(a) *Et erat cogitans*. Consentit Corbejensis lectio: *Et erat cogitans quòd sic benedixisset eam*. Et S. Ambrosius cit. loco habet: *Erat tamen cogitans qualis esset ista salutatio*.

Col. 645.

(a) *Et ait Elisabeth: Magnificat &c.* Codices omnes testantur Canticum hoc a Deipara Virgine fuisse compositum, & recitatum; quamvis autem Apographi Eusebiani verba primo aspectu illud ipsum Canticum Elisabeth tribuere videantur, caveat Lector ne arbitretur, quae Dei genitrix protulit, insigni sphalmate a S. Eusebio Praecursoris matri fuisse attributa; si enim *Elisabeth* dandi casu sumatur, ut omnino sumi debet hoc loco, constabit sensus, quasi respondeat Beata Virgo cognatae suae, quae ipsam beatam dixerat, hoc Cantico refundens in Deum illa omnia, ob quae beata & dicebatur, & erat.

Col. 645.

(a) *Et misericordia ejus in saecula saeculorum saecula*. Corbejensis legit: *Misericordia ejus in progeniem, & progeniem*. Ambrosiana autem Ecclesia Codicis nostri imitari videtur lectionem, nam hac etiam aetate legit: *Et misericordia ejus a saeculo, & in saeculum*. Advertit Lucas Brugensis vetustissimos Codices legere: *In progenies, & progenies*, vel *in generationem, & generationem*. Habet Origenes Homil. VIII. in Lucam: *Et misericordia ejus in generationes generationum*.

(b) *Dissipavit superbos mente & corda eorum*. Ambrosiana Ecclesia haud longè abest a lectione Apographi Eusebiani hunc locum legens: *Dissipavit superbos mente cordis eorum*. Corbejense Exemplar postrema verba sic exhibet: *Mente cordis ipsorum*.

Col. 647.

(a) *Et semini ejus in aeternum*. Ambrosianae Ecclesiae cum Codice nostro consonans lectio est hujusmodi: *Et semini ejus usque in aeternum*.

Col 649.

(a) *Accepto*. In Codice S. Gatiani Turonensis legitur hìc recentiore manu: *Accepit*. S. Ambrosius Comment in Lucam Cap. I. versum integrum sic exhibet: *Annuebant ergo patri ejus quem vellet vocari eum. Et accepit pugillares, & scripsit dicens: Johannes est nomen ejus. Et mirati sunt omnes*. Quae postrema verba habes Lector in Columna sequenti.

Col. 650.

(a) *Soluta est lingua ejus*. Fortasse vestigium hoc est lectionis, quae occurrit in Corbejensi Apographo: *Et continuò resoluta est lingua ejus*; & apud S. Ambrosium loco cit. *Continuò autem resoluta est lingua ejus*.

Col. 651.

(a) *Quidnam puer iste erit?* Plures MSS. Codices legere hìc *quid putas*, consonante Graeco monet Lucas Brugensis. Sic legit etiam Exemplar S. Gatiani Turonensis.

(b) *Et Zacharias pater ejus impletus est &c.* Sic habet citatus quoque Codex Turonensis; & S. Ambrosius loco cit. Ita etiam S. Cyprianus Testim. Lib. II. legens: *Et Zacharias impletus est Spiritu Sancto*.

(c) *Fecit redemptionem populo*. Consentit Graecus, ubi legitur *populo*. Vetusti alii Codices teste Luca Brugensi habent *plebi*. Apud S. Cyprianum loco cit. sic effertur hic versus: *Benedixit Dominus Deus Israel, quia prospexit redemptionem populo suo, & excitavit nobis cornu salutis in domo David pueri sui*. Origenes Homil X. in Lucam legit: *Qui dedit redemptionem populo suo, & suscitavit cornu salutis nobis in domo David &c.* Initium autem Cantici cum nostro Codice legit S. Ambrosius Comment. in Lucam Cap. VIII. *Benedictus Deus Israel*, omisso *Dominus*.

Col. 652.

(a) *Per os Sanctorum Prophetarum suorum, qui a saeculo sunt*. Ita legit hoc loco Corbejense Exemplar. Veruntamen Ambrosiani huic Codici nostro consentientes prioribus in verbis, posteriora sic canunt: *Qui ab aevo sunt*. Origenes quoque loco cit. *Sicut locutus est per os Sanctorum Prophetarum*.

Vesti-

(b) Vestigium hìc vides lectionis Codicis S. Gatiani Turonensis: *De manibus omnium.* Sed & Origenes ubi supra habet: *De manu inimicorum nostrorum, & de manu eorum, qui nos oderunt.*

Col. 655.

(a) *Ut profiteretur per universum Orbem.* Corbejensis legit: *Ut profiteretur universus orbis terrae. Haec professio prima facta est a Praeside &c.* Codex S. Gatiani Turonensis: *Ut censum describeretur*; sed manus recentior apposuit: *Profiterentur.* S. Ambrosius Comment. in Lucam Lib. II. habet: *Ut censum profiteretur universus orbis terrae Haec professio prima facta est.* Origenes Homil. XI. in Lucam: *Exivit edictum a Caesare Augusto, ut describeretur omnis orbis. Haec fuit descriptio prima a praeside Syriae Cyrino.*

Col 656

(a) *De domo, & patria David.* Consonant Codices Corbejensis, & S. Gatiani Turonensis.

Col. 657.

(a) *Quoniam non erat locus in diversorio.* In Corbejensi: *Quia non erat locus in diversorio.* Apud S. Ambrosium loc. cit. *Et peperit filium primogenitum, & pannis eum involvit, & posuit in praesepio, quia non erat locus in eo diversorio.*

(b) *Majestas Domini circumluxit eos.* Apographi Corbejensis lectio est: *Majestas circumfulsit illos.*

Col. 658.

(a) *Et hujus hoc vobis signum.* Etiam citatus Corbejensis Codex legit: *Et hujus hoc signum vobis.*

Col. 659.

(a) *Et subito facta est cum illis Angelorum multitudo exercitus coelestis.* Quosdam alios veterum legisse pro *militiae* ex Ecclesiastica Antiphona *exercitus* notat Lucas Brugensis, & occurrit hoc vocabulum etiam in Codice S. Gatiani Turonensis.

(b) *Gloria in excelsis Deo, & super terram pax hominibus &c.* Priorem partem hujus lectionis in Angelica Doxologia sequitur universalis Ecclesia, & habemus etiam in praelaudato Codice Turonensi Sequitur & Origenes Lib. I. contra Celsum legens: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas.* In Selectis autem in Psalmos; Psal. XLV. habet: *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas* In Comment. verò in Matth. Tom. XII. in veteri Interpretatione integram nostri Codicis profert versionem sic: *Gloria in excelsis Deo, & pax super terram hominibus bonae voluntatis*; ac in Homil. XIII. in Lucam: *Gloria in excelsis Deo, & super terram pax &c* S. Optatus Milevitanus Lib. II. de Schismate Donatist. habet: *Pax hominibus in terra bonae voluntatis*; quod repetit Lib. IV.

Col. 661.

(a) Legit Vulgata: *Mirati sunt: & de his.* Conjunctionem tamen in Graecis editis, & MSS. veteribusque Versionibus desiderari, atque a S. Ambrosio praetermissam hoc loco, ut abest a Codice nostro, asserit Domnus Calmet, Codicemque alterum eam omittentem refert Lucas Brugensis.

Col. 662.

Col. 662.

(a) *Ut eum circumciderent*. Quaedam vetera MSS. Exemplaria tam Graeca, quàm Latina, ubi nomen *puer* omittitur Lucas Brugensis se vidisse asserit. Lectio Codicis nostri non valde absonat ab ea, quam profert Origenes Homil. XIV in Lucam: *Cum impleti essent dies circumcidendi puerum, vocatum est nomen ejus Jesus, quod vocatum fuerat ab Angelo, antequam in utero conciperetur*.

Col. 665.

(a) *Et ipse accepit eum in amplexu*. Corbejensis omittit *in ulnas suas*.

Col. 666

(a) *Et erat Joseph, & Mater ejus*. Eadem est lectio memorati Apographi Corbejensis.

(b) *Signum quod contradicitur*. In citato Codice habemus: *Quod contradicetur*. Origenes verò legit in Homil. XVII. in Lucam: *In signum cui contradicitur*.

Col 667.

(a) *Uti revelentur multorum cordium cogitationes*. Corbejense Exemplar, & aliud S. Gatiani Turonensis eadem habent praeter primum verbum, quod est *ut*. Cum hisce Codicibus legit S. Ambrosius de Isaac, & Anima Cap. VII. & in Enarratione Psal. 37. atque in Exposit. Psal. 118 Serm. XII ac tandem in Epistola ad Romulum. Eandem lectionem secutus est S Hilarius in Tract. Psal 118. Habet Origenes in Homil. XVII. in Lucam: *Ut revelentur ex multorum cordibus cogitationes*.

Col. 668

(a) *Et haec stans ipsa hora confitebatur Domino*. Lectio Corbejensis est: *Et haec ipsa hora stans confitebatur Domino*. Turonensis autem: *Adsistens confitebatur*.

Col. 669.

(a) *In Hierosolyma*. Praepositionem *in* quosdam veterum habere Codicum, quosdam reticere hoc loco testatur Lucas Brugensis. Initium autem versus S Ambrosius ab ea lectione non absonans, quae in Codice nostro extat, sic habet Lib. II. in Lucam: *Et cùm facti essent illi anni duodecim*.

Col. 671.

(a) *Audientem illos, & interrogantem*. *Eos* post *interrogantem* desiderari asserit Lucas Brugensis in aliquot aliis Exemplaribus MSS.

(b) *Et videntes eum expaverunt*. Consonat Codex Corbejensis legens: *Et viso illo expaverunt*.

Col. 672.

(a) *Dolentes & tristes quaerebamus te*. In eodem Apographo Corbejensi ita habetur: *Dolens & tristis quaerebamus te*. Turonensis autem S. Gatiani omnino cum nostro consentit.

(b) *Quia in Patris mei oportet me esse*. Eadem habet Corbejensis Codex. In Turonensi verò habetur: *Nescitis quia*. S. Ambrosius Lib II. in Lucam legit: *Quid est quod me quaerebatis? Nesciebatis quia in propria Patris mei oportet me esse?* Tertullianus adversùs Praxeam: *Non scitis quod in Patris mei me esse oportet?*

Col. 677.

(a) *Jam quid enim securis ad radicem arborum posita est . Omnis itaque arbor &c.* Sanctus Ambrosius in Lucam Lib II. legit : *Quia jam securis ad radices arborum posita est* Origenes Homil XXIII. in Lucam : *Ecce securis ad radices arboris posita est . Omnis arbor , quae non facit fructum bonum , praecidetur* . Corbejense MS. Exemplar vertit aequè ac nostrum : *Omnis arbor non faciens fructum excidetur* .

Col. 678.

(a) *Nihil plus exegeritis* . Graecus Textus consonat in verbo *exegeritis* . Codex verò S. Gatiani Turonensis legit : *Quàm constitutum est vobis exigatis* .

Col. 679.

(a) *Ego quidem vos aqua baptizabo in poenitentiam . Venit autem fortior me* . Laudatus Codex Turonensis habet *in poenitentia . Venit autem* . Apud Lucam Brugensem aliqui citantur alii Codices , ubi pro *veniet* occurrit aequè ac in nostro *venit* . S Ambrosius loco citato sic locum exhibet : *Ego quidem vos baptizo in aqua in poenitentia . Venit autem fortior me* .

Col. 681.

(a) *In carcerem* . Alios ita legentes Codices Lucas Brugensis inspexit .

(b) *Factum est autem cum baptizatus esset omnis populus , & Jesu baptizato* . Idem reperitur in Corbejensi Apographo ; idem apud S. Ambrosium Lib. II. in Lucam .

Col. 682.

(a) *Filius meus es tu , ego hodie genui te* . Similis est lectio Corbejensis ; ubi tamen manus recentior addidit : *Filius meus dilectus , in te complacuit mihi* . S. Ambrosius loco citato habet : *Filius meus es tu , in te complacui* .

(b) Multa quidem intersunt inter Genealogiam , quam hìc praefert Codex noster , & eam , quae habetur in Vulgata , sed cum Notarum brevitas hanc diligentiùs persequi non sinat , adeat qui variantes plurimorum Codicum Lectiones cupit Joannem Millium , qui eas accuratissimè excussit .

Col. 685.

(a) *Et ferebatur a spiritu in deserto* . Corbejensis Codex habet : *Agebatur in spiritu in desertum* . Origenes versum integrum sic exhibet Homil. XXIX in Lucam : *Jesus autem plenus Spiritu Sancto reversus est , ducebatur autem in desertum a Spiritu* .

Col. 686.

(a) *Non in pane solo vivet homo* . Consonat id legens Codex Corbejensis , eamque lectionem in Graecis Codicibus Lucas Brugensis reperit .

(b) Hìc mendum certè cubat , nam non in summitate Templi hoc factum fuisse narrat Vulgata , aliique Codices omnes , sed *in monte excelso* , sive , ut legit Corbejensis , *in monte alto* . Profectò paulo post denuo occurrit *pinna* , sive *pinnaculum Templi* . Si divinare licet quid scribendum fuisset pro verbis illis : *Adduxit eum Hierusalem , & statuit eum supra pinnam Templi* , legendum fuerat cum S. Ambrosio Comment. in Lucam Lib. IV. *Et duxit illum diabolus iterum in montem altissimum* , quam lectionem habemus quoque apud S. Hilarium Tract. Psal. 2.

(c) *Ad illum*. Idem occurrit in Apographo Turonensi S. Gatiani.

Col. 687.

(a) *Si procidens*. Alios Codices sic legentes Lucas Brugensis promit. Consonat S. Ambrosius Enarrat. Psal. 36.

Col. 690.

(a) *Sanare contritos corde*. Hoc desideratur in nostro Codice, quemadmodum in pluribus aliis MSS. Graecis, teste Domno Augustino Calmet, & Luca Brugensi, qui multa in hanc rem affert. Omittit S. Ambrosius Lib. de Institutione Virginis Cap. X. ubi sic: *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, praedicare captivis remissionem*. Non legit & S. Hilarius Tract. Psal. 52. nam ita habet: *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, praedicare captivis remissionem, & coecis visionem*. Origenes quoque Homil. XXXII in Lucam haec verba non profert, nam legit: *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, praedicare captivis remissionem, & coecis ut viderent*. Hoc tamen Patrum silentium Vulgatae auctoritatem non minuit, nam cum testimonium hoc desumptum sit ex Isaiae Cap. LXI. v. 1. ubi habemus: *Spiritus Domini super me: eo quod unxerit Dominus me: ad annunciandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde*: patet hinc Vulgatae lectionem textum Prophetae optimè secutam fuisse.

Col. 691.

(a) *Dimittere confractos in requiem*. In Corbejensi legimus: *Dimittere conquassatos in requiem*. S. Hilarius loc. cit. habet: *Dimittere confractos in remissionem*. Et Origenes ubi supra: *Emittere confractos in libertatem*.

Col. 694.

(a) *Nisi Ineman Sirus*. Legit Corbejensis: *Neman Syrus*.

Col. 696.

(a) *Scio te qui sis Sanctus Dei*. Consonat idem legens Exemplar MS. Turonense S. Gatiani, & S. Hilarius Tract. Psal. 67. *Scimus qui sis Sanctus Dei*.

Col. 697.

(a) *Conloquebantur*. Id occurrit etiam in citato MS. Codice Turonensi.

Col. 698.

(a) *Jesus*. MSS. quaedam Exemplaria Graeco conformia hoc loco omittunt, quod Lucas Brugensis affirmat. Lectionem Codicis nostri omnino sequitur S. Ambrosius Comment. in Lucam Lib. IV. ubi: *Surgens autem de Synagoga intravit in domum Simonis*.

Col. 699.

(a) *Et Daemonia a multis*. Consentit Turonense Exemplar S. Gatiani, in quo habemus: *Daemonia etiam a multis*.

Col. 702.

(a) *Rogavit eum ut producerent terra quantulumcumque*. Corbejensis verò legit: *Rogavit eum ut duceret a terra aliquantulum*; & S. Ambrosius Comment. in Lucam Lib. IV. *Rogavit ut inducerent a terra aliquantulum*.

Col. 703.
(a) *Et adnuebant* . Codex S. Gatiani Turonensis legit : *Annuebant* .

Col. 704.
(a) *Ita ut mergerentur* . Adverbium *penè* quosdam Codices consonantes Graeco omittere asserit Lucas Brugensis , illud certè non habet Exemplar Turonense .

Col. 705.
(a) *Eris vivificans homines* . Graecus Textus importat : *Capies homines vivos* . Corbejensis verò Codex consonat nostro , nam legit : *Homines vivificans* . Recentior manus in eo superscripsit *capiens* . Tum subdit : *ad terram naviculis* . S. Ambrosius Hexaem. Lib. VI. Cap. VIII. habet : *Amodo eris homines vivificans* .
(b) Idem Corbejensis Codex legit : *Vir plenus lepra , & ipse procedens in faciem rogabat* .

Col 707.
(a) *Ut sit in testimonium hoc vobis* . S. Ambrosius Comment. in Lucam Lib. V. eadem verba profert . In Corbejensi habemus : *Ut sit in testimonia hoc vobis* . Plures alios MSS. Codices affirmat Dom. Calmet legere : *In testimonium vobis* .

Col. 709.
(a) *Remissa sunt tibi peccata tua* . Eadem lectio est Exemplaris Corbejensis ; & S. Ambrosii in Apologia altera David Cap. XII. In Lib. autem III. de Fide Cap. II. idem S. Doctor legit : *Dimissa sunt tibi peccata tua* .

Col. 710.
(a) *Remissa sunt tibi peccata tua , aut dicere* . Consonat Corbejensis Codex . S. Ambrosius Comment. in Lucam Lib. V. sic citat : *Dimissa sunt tibi peccata tua , aut dicere* .

Col. 711.
(a) *Surgens* . Alii veteres Codices apud Lucam Brugensem ita legunt .
(b) *Suum* . Idem monet Syros quoque hoc pronomen addere .

Col. 712.
(a) *Murmuraverunt* habet etiam Codex Corbejensis .

Col. 713.
(a) *Et peccatoribus manducat & bibit* . Consonat laudatum MS. Exemplar .

Col. 714.
(a) *Possunt* legitur etiam in Codice S. Gatiani Turonensis ; addidit tamen manus recentior : *potestis jejunare* .
(b) Hoc loco conjunctionem & antiquorum Codicum alios praeponere cum Graeco, alios cum Syro omittere Lucas Brugensis animadvertit . S. Ambrosius Comment. in Lucam Lib. V. legit : *Veniet autem dies , cum auferetur ab illis sponsus* .

Col. 718
(a) Vulgata habet & *in alio* . Conjunctionem omittit Codex noster, quod accidit in aliis Exemplaribus , in Syro , & quibusdam Graecis docente Luca Brugensi .

Col. 719.

(a) *Interrogabo*. Sic habetur in aliis quoque MSS. conformiter Graeco, & Syro eodem Brugensi teste.

Col. 720.

(a) *Et circumspiciens &c.* Consentit Corbejensis legens: *Et circumspectis illis omnibus in ira*.

Col. 722.

(a) *Hierusalem, & transfretum, & maritima*. Etiam Corbejensis habet verba eadem. S. Ambrosius initium hujus versus sic reddit: *Et descendit cum illis, & stetit in loco pede-plano*: Comment. in Lucam Lib. V.

Col. 724.

(a) *Beati pauperes spiritu*. Sic etiam Codex S. Gatiani Turonensis. S. Ambrosius loco citato ita hunc versum, & seq. reddit: *Beati pauperes spiritu: quia vestrum est regnum Dei. Beati qui nunc esuriunt, & sitiunt, quia saturabuntur*. At in Lib. II. de Officiis Cap IV. aliter habet, nimirum: *Beati pauperes*, quoniam vestrum est regnum Dei. Origenes in Serie Comment. in Matth. num. 9. habet: *Tollens oculos super discipulos suos dicebat: Beati pauperes, quia vestrum est regnum coelorum*.

(b) *Et cum segregaverint vos*. In Corbejensi Codice legitur: *Et cùm separabunt vos, & ejicient, & exprobrabunt nomen vestrum*. S Cyprianus in Epist. 56 Plebi Thibaritanae integrum versum sic exhibet: *Beati eritis, cùm odio vos habuerint homines, & separaverint vos, & maledixerint nomini vestro quasi nequam, propter Filium hominis: gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces vestra multa est in coelis*.

Col. 725.

(a) *Merces vestra copiosa est in coelo &c.* Habet Codex S. Gatiani Turonensis: *Multa copiosa est in coelo*.

Col. 726.

(a) *Cùm benè vobis dixerint omnes homines*. Aliqui alii MSS. Codices habent *omnes homines*; quod monet Lucas Brugensis. Sanè sic legit etiam S. Ambrosius Lib V. Comment. in Lucam omnino cum Codice nostro consentiens; quod & habetur in Origene in Selectis in Psal. Homil. II. in Psal. XXXVII. n. 8.

Col. 729.

(a) *Benefacite, & foenerate nihil desperantes*. Consentiunt Interpretes Syrus, Arabs, & Persa. S. Ambrosius verò sic versiculum profert Lib. de Tobia Cap. XVI. *Verumtamen amate inimicos vestros, & benefacite eis, & mutuum date nihil sperantes; & erit merces vestra multa in coelo*.

(b) *Estote misericordes &c.* In Codice quoque Corbejensi desideratur *ergo* aequè ac in nostro. Omisit illud etiam S. Ambrosius loco cit. & de Fide Lib. V. Cap. VII. Idem praestitit S. Cyprianus in Epistola LII. ad Antonianum locum hunc ita proferens: *Estote misericordes, sicut & pater vester misertus est vestri*. Et Origenes in Selectis in Genesim: *Estote misericordes, quemadmodum Pater vester misericors est*.

Col. 730.

(a) *Nol te condemnare, ut non condemnemini*. Consentanea est nostrae lectio Corbejensis Apographi.

Col. 731.

(a) *Incident*. Futuro tempore *cadent* conformiter Graeco aliquos hic legere Codices affirmat Lucas Brugensis.

Col. 732.

(a) *Ejiciam festucam de oculo tuo, & ecce in oculo tuo trabes subjacet*. Ita quoque legit Corbejensis.

(b) *Perspicies ejicere*. Idem est in Codice S. Gatiani Turonensis.

Col. 733.

(a) *Neque legunt de spinis ficus, sed nec de rubo vindemiant uvam*. Haec est etiam ejusdem Codicis Corbejensis lectio, nisi quod in posteriori clausula ibi habetur *neque de rubo*.

(b) *Ex abundantia cordis os illius loquitur*. Corbejensis legit: *Os ejus*.

Col. 734.

(a) *Fundamenta*. Vetera alia MSS. Exemplaria, teste Luca Brugensi, consonant.

(b) *Impulit flumen domui illi*. At Corbejensis habet: *Inlisit flumen domui illi*.

Col. 735.

(a) *Impulit flumen domui illi*. Habet hoc loco citatus Codex: *Alisit flumen domui illi*.

(b) *Factum est autem cùm implesset omnia verba in auribus populi*. In laudato Codice eadem habemus, at pro *populi*, legitur *plebis*.

Col. 736.

(a) *Ut veniret, & sanaret servum illius*. Eadem leguntur in Autographo S. Gatiani Turonensis; at in Corbejensi: *Ut veniret, & liberaret*. Plura tamen vetera MSS. Exemplaria, testante Brugensi, cum nostro consentiunt.

(b) *Et* omittitur in permultis aliis Codicibus, & in Graeco, & Syro ipso Brugensi affirmante.

Col. 738.

(a) Verba Vulgatae: *Propter quod & me ipsum non sum dignum arbitratus, ut venirem ad te*. desiderantur in Codice hoc Eusebiano, quemadmodum & in alio S. Gatiani Turonensis. Deerant quoque in Corbejensi, sed illa supplevit manus recentior.

(b) *In nullo tantam fidem inveni in Israel*. Habet idipsum Codex citatus Corbejensis, & S. Ambrosius Comment. in Lucam Lib. V. Graecus Textus verò: *Nec in Israel tantam fidem inveni*.

Col. 739.

(a) *Invenerunt servum sanum*. Consentit sic legens etiam Corbejensis.

Col. 741.

(a) *Visitavit Deus populum suum in bono*. Corbejensis legit: *Visitavit plebem suam in bono*.

(b) *In omni finitima regione*. Corbejensis idem Codex pro *finitima*, habet *confini*.

Col. 744.

Col. 744.

(a) *Arundinem a vento moveri* . Sequuntur eandem lectionem Codices S Gatiani Turonensis , Corbejensis , & Majoris-Monasterii . Idem advertit Lucas Brugensis in aliis pluribus Exemplaribus . Idem habemus apud S. Ambrosium , qui in Comment. in Lucam Lib. V. sic locum citat : *Quid existis in desertum videre ? Arundinem vento moveri ? Quid existis videre ? Hominem mollibus vestimentis indutum ?*

Col. 745.

(a) *Ecce qui in veste pretiosa , & in deliciis superabundant in domibus regum sunt*. Aequè legit Corbejensis , sed post *pretiosa*, addit *sunt* . S. verò Ambrosius loco cit. habet : *Ecce qui in veste pretiosa sunt , in domibus regum sunt* .

(b) *Et ampliùs quàm Propheta* . Idem in Majoris-Monasterii Apographo habemus , praeter postremum verbum , nam pro *Propheta* , legit *Prophetam* . S. Ambrosius loc. cit. ante haec verba refert & ipse : *Major inter natos mulierum Propheta Joanne Baptista nemo est* .

Col. 746.

(a) *Et qui minimus est in regno Dei* . Hic habet Corbejensis Codex : *Nam qui minor est in regno Dei* .

(b) *Baptismum* . Lucas Brugensis aliquot alios vidit Codices sic cum Graeco legentes.

Col. 748.

(a) Habet Corbejensis : *Neque manducans , neque bibens* .

Col. 751.

(a) *Quis ergo illum ampliùs diliget ?* Etiam Graecus paria habet legens in futuro , quod Vulgata nostra in praesenti . *Ampliùs* occurrit & in Codice Majoris-Monasterii .

Col. 752.

(a) *Aquam in pedibus mihi non dedisti* . Similia exhibet Codex Corbejensis : *Aquam pedibus mihi non dedisti* .

Col. 753.

(a) *Oleo non unxisti pedes meos* . Legit idem Codex omnino cum nostro consentiens .

Col. 754

(a) *Ad illam Jesus* . Sic etiam Codex S. Gatiani Turonensis .

Col 756.

(a) *Ecce exiit* . Consentiunt Codices Turonensis , & Majoris-Monasterii , & Sanctus Ambrosius in Enarrat. Psal. 36. legens : *Ecce exiit qui seminat , seminare agrum suum , & dum seminat aliud cecidit secus viam , aliud supra petram , aliud supra terram bonam* . Praecedentem versum Origenes in Serie Comment. in Matth. num. 9. sic cum hoc profert : *Conveniente autem populo multo , & per singulas civitates exeunte ad eum , dixit parabolam talem : Exiit qui seminat seminare* .

Col. 758.

(a) *Vobis traditum est mysterium regni Dei*. Corbejensis Codicis haec est lectio; *Vobis datum est scire mysterium Dei*. Origenes Comment. in Matth. Tom. X. n. 16. habet: *Vobis datum est nosse mysteria regni coelorum*.

Col. 760.

(a) *Lucernam accensam*. Exhibet hoc idem Codex Corbejensis.

Col. 761.

(a) *Nec absconsum, nisi ut cognoscatur*. Sic etiam Corbejensis omissâ particulâ *ut*. Initium versus sic habet S. Ambrosius in Epist. II. ad Theodosium: *Nihil est occultum quod non manifestetur*.

Col. 763.

(a) *Et sustulerunt*. Hoc loco citatus Codex Corbejensis legit: *& levaverunt*.

(b) *Navigantibus autem eis*. Alii antiqui Libri sic habent apud Lucam Brugensem, consentientibus Graecis. Codex Turonensis S. Gatiani, atque alius Majoris-Monasterii legunt: *Navigantibus autem illis*; prior subdit *Dormivit*: posterior *Obdormivit*.

Col. 764.

(a) *Imperavit vento, & tempestati aquae*. Codices aliquot Audomarensis Ecclesiae sic legentes citat Brugensis.

Col. 765.

(a) *Enavigaverunt autem ad &c.* Vertit sic Corbejensis, consonantque ex eodem Brugensi alia Exemplaria.

Col. 766.

(a) *Alligabatur enim catenis, & compedibus &c.* Lectio citati Codicis Corbejensis est: *Nam vinctus catenis, & compedibus custodiebatur, & ruptis vinculis agebatur in loco deserto*.

Col. 767.

(a) *Rogaverunt illum ut in eis intrarent*. Et laudatus Codex Corbejensis habet: *Rogaverunt eum, ut in illis irent*.

Col. 768.

(a) *In mare*. Sic etiam Exemplar Turonense S. Gatiani.

Col. 769.

(a) *Rogavit*. Hoc habet etiam Codex Majoris-Monasterii.

Col. 770.

(a) *Fecerit Deus*. Consentit citatus Codex.

Col. 772.

(a) *Mulier, quae erat*. Sic teste Brugensi Graecus legit. *In profluvio sanguinis* habetur quoque in Codice Corbejensi.

(b) *In Medicis*. Eadem legit Exemplar Turonense S. Gatiani.

Col. 773.

(a) *Turbae tam magnae comprimunt te*. Apographi Corbejensis lectio est: *Turbae te comprimunt tam magnae, & dicis*. S. Ambrosius Lib. VII. Comment. in Lucam ita locum hunc citat: *Comprimunt te turbae*; & ejusdem Operis Lib. VIII. *Magister comprimunt te turbae*. S. Optatus Milevit. de Schism. Donatist. Lib. V. ita reddit: *Turbae te comprimunt: tu dicis, quis me tetigit?*

Col. 774.

(a) *Ego enim cognovi virtutem exisse a me*. Idem Corbejense Exemplar habet: *Nam & ego cognovi virtutem exisse de me*. S. Ambrosius in altera Apologia David legit: *Sentio de me virtutem exisse*. Verumtamen in Enarrat. Psal. 40. sic: *Nam & ego cognovi virtutem de me exisse*. Priorem lectionem suam reperit S. Antistes in Enarrat. Psal. 45. Rursum Comment. in Lucam Lib. VI habet: *Nam ego cognovi virtutem de me exisse*; & tandem Lib. II. Cap. IX. *Cognovi virtutem exisse de me*. Origenes in Dialogo de recta in Deum Fide Sect. IV. sic effert: *Quis me tetigit? Sensi enim virtutem ex me exiisse*. Idem Homil III. in Levit. locum ita citat: *Quis me tetigit? Ego enim sensi virtutem exiisse de me*. Lib. autem III. in Cant. Canticor. *Tetigit me aliquis, ego enim sensi virtutem de me exisse*. Tom. X. Comment. in Matth. *Quis me tetigit? Nam ego novi virtutem de me exisse*. Ibidem Tom. XI. omnino cum Vulgata consentit; & tandem in Serie Comment. in Matth. sic apud ipsum habemus: *Tetigit me aliquis, ego enim scio virtutem de me exisse*. S. Optatus Milevit. loco cit. *Quis me tetigit? sensi a me exisse virtutem*.

(b) *Ut vidit autem mulier &c.* Habet idem Exemplar Corbejense: *Quia non latuit illum venit tremens*.

Col. 775.

(a) *A Principe*. Sic verè legendum contendit Lucas Brugensis ex Codice Ecclesiae suae, & Graeco, ac Syro. At S. Ambrosius Lib. VI. Comment. in Lucam habet: *Venerunt servi dicentes Principi: Noli vexare illum, filia tua mortua est*.

Col. 776.

(a) *Non enim mortua est, sed dormit*. *Puella* desideratur hìc sicut in aliis aliquot MSS. atque in Graeco, & Syro, quod Lucas Brugensis monuit. Origenes quoque Lib. II. contra Celsum ita legit: *Non mortua est, sed dormit*.

(b) *Scientes eam mortuam esse*. Consonat lectio Apographi Corbejensis.

Col. 778.

(a) *Neque peram, neque calceamenta, neque panem*. Eadem exhibet citatus Codex Corbejensis.

(b) *Ibi manete, & indè exite*. Sic legunt etiam Graecus, & Syrus Interpres; Corbejensis verò: *Ibi manete, & indè proficiscimini*. Alius Codex ab Hentennio visus citatur a Luca Brugensi, in quo habetur: *Et indè exeatis*. Verumtamen Exemplar Majoris-Monasterii sic legit: *Manete donec exeatis*.

Col. 779.

(a) *Pulverem vestrum de pedibus excutite*. In Corbejensi habemus: *Pulverem de pedibus vestris excutite*. S. Ambrosius locum sic citat Lib. VI. Comment. in Lucam: *Etiam pulverem de pedibus vestris excutite*.

Exeun-

(b) *Exeuntes autem circuibant*. Eadem sunt in Apographo Turonensi S. Gatiani, sed pro *circuibant*, legitur *circumibant*. Origenes in Dialogo de recta in Deum Fide Sect. II habet: *Egressi autem ambulabant per civitates, & vicos*.
(c) *Et stupebat*. Legitur in Exemplari Corbejensi: *Consternebatur*.

Col. 780
(a) *Quis autem est hic, de quo &c.* Memoratus Codex habet: *Hic est, de quo audio talia?*

Col. 781.
(a) *Eos necesse habebant curari*. In Turonensi S. Gatiani: *Qui curari indigebant*.

Col 782.
(a) *Ut euntes adjacentes vicos &c.* Corbejensis Codex refert: *Ut eant circa castella, & villas, & reficiant se, & inveniant escas*.
(b) *Nisi si nos euntes emamus &c.* Ibidem legitur: *Nisi eamus, & emamus*. S. Ambrosius Lib. VI. Comment. in Lucam integrum versum ita citat: *Ait autem ad eos: Date illis vos manducare. At illi dixerunt: Non sunt nobis plusquam quinque panes, & duo pisces: nisi nos eamus, & emamus in omnem banc turbam escas*.

Col. 784.
(a) *Super illos*. Hoc habet etiam Corbejensis.

Col 786.
(a) In aliquibus aliis MSS. deesse, ut in nostro, verba Vulgatae: *Tollat Crucem suam quotidie*, tradit Domnus Calmet. S. Ambrosius de Fuga Saeculi Cap. II. verba illa refert, sed reticet *quotidie*; quod fecit & Origenes in Exhortatione ad Martyrium num. 12.

Col. 787.
(a) *Salvabit illam*. Eandem lectionem habemus in Corbejensi Apographo. S. Ambrosius Lib. de Abraham Cap. IV. legit: *Propter me inveniet eam*. Origenes in Exhortatione ad Martyrium n. 12. *Salvam faciet eam*. At in Homil XVIII. in Numeros sic habet. *Qui perdet animam suam propter me, salvam faciet eam.*

Col. 788.
(a) *Petro, Johanne, & Jacobo*. In aliis Codicibus, quibus consonat Graecus, aequè ac in Eusebiano nostro, ex Luca Brugensi, Joannes praeponitur Jacobo, quod occurrit etiam in Apographis Turonensi, & Majoris-Monasterii.

Col. 791.
(a) *Hic est Filius meus electus*. Habentur eadem in Codicibus Corbejensi, & S. Gatiani Turonensis.
(b) *Factum est autem per diem descendentibus*. Ita legit & supradictum Corbejense Apographum.

Col. 794.
(a) *In magnitudine Dei*. Hic Corbejensi in Codice habemus: *Omnibusque mirantibus super omnia, quae faciebat, dixit ei Petrus: Domine, quare nos non potuimus*

ejicere illum? Quibus dixit: quoniam ejusmodi oratione ejicitur, & jejunio. Dixit autem ad discipulos suos: Ponite vos in auribus vestris &c.

(b) *Et erat occultum.* Hic etiam Corbejense Exemplar variat legens: *Et erat occultum inter ipsos, ut non sentirent, & timebant.*

Col. 795.

(a) *Jesus autem visa cogitatione cordis illorum &c.* Optimi Codices MSS. & Graecus apud Lucam Brugensem habent: *Apprebendens puerum statuit.*

(b) *Quicumque me recipit &c.* Similia habet Exemplar Corbejense legens: *Quicumque me receperit, non me recipit, sed eum qui me misit.* S. Ambrosius Lib. VII. Comment. in Lucam habet: *Quicumque receperit puerum istum in nomine meo, me recipit. Et qui me recipit, recipit eum, qui me misit.*

Col. 796.

(a) *Sinite illum.* Haec addit etiam Codex S. Gatiani Turonensis, ubi tamen pro *illum*, habetur *eum*. S. Ambrosius loco cit. sic locum refert: *Sinite eos, & nolite &c.*

Col. 797.

(a) *Dies receptionis ejus, & ipse direxit faciem suam ire in Hierusalem.* Verba Codicis nostri hìc omnino cum Graeco Textu concordant.

Col. 798.

(a) *Sicut Helias fecit.* Ita legit Graecus quoque Textus, prout etiam Interpres Arabs, Persa, Syrus, Aethiops, & Gothicus.

Col. 799.

(a) *Animas hominum perdere.* Additur *hominum* etiam Graecè testante Luca Brugensi. In Codice autem Majoris Monasterii: *Venit ad animas perdere* legitur. S. Ambrosius loco cit. habet: *Filius enim hominis non venit animas perdere hominum, sed salvas facere*; & Lib. I. Cap. XVI. *Non venit animas hominum perdere.* Codicis nostri lectionem refert S. Cyprianus in Epist. LIX. ad Fidum: *Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed salvare.*

(b) *Euntibus illis.* Ita Exemplar Majoris-Monasterii.

(c) *Et dixit ei Jesus: Vulpes &c.* Asserit Lucas Brugensis alios antiquos Codices addere hoc loco conjunctionem *&* cum Graecis. S. Ambrosius Comment. in Lucam Lib. VII. legit: *Vulpes foveas habent, & volucres coeli nidos, ubi requiescant: nam Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet.*

Col. 800.

(a) *Sine mortuos sepelire.* Codex S. Gatiani Turonensis legit: *Sinite mortuos sepelire.* S. Ambrosius Lib. II. de Abraham Cap. VIII. *Relinque mortuos sepelire mortuos suos*; At in Comment. in Lucam Lib. VII. *Sine mortui sepeliant mortuos suos.*

(b) Conjunctionem *&*, quam hìc habet Vulgata, in aliis etiam Codicibus, Graecoque, & Syro desiderari advertit Lucas Brugensis. Omisit quoque S. Ambrosius loco citato.

Col. 801.

Col 801.

(a) *Nuntiare eis, qui in domo sunt*. Graecus Textus etiam hunc sensum admittit. Alios Codices, ubi legitur *qui*, pro *quae*, ipse Lucas Brugensis citat. Origenes Comment in Matth. Tom. XV. sic exhibet hunc locum: *At primùm permitte mihi, ut in domum meam abeam, & renuntiem his, quae domi meae sunt*. Responsionem autem Domini, quae in Vulgata est: *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei*; apud S. Ambrosium in Enarrat Psal. 43. sic habemus: *Nemo mittens manum in aratrum, respiciens retro, habilis est regno Dei*. S. Hilarius Tract. Psal. 122. ferè cum nostro Codice consentiens sic illam exhibet: *Nemo retro respiciens aratrum tenens aptus est regno coelorum*. Et S. Cyprianus de Exhortatione Martyrii hunc in modum profert: *Nemo retro attendens, & superponens manum suam super aratrum, aptus est regno Dei* Origenes Homil. XIII. in Jeremiam habet: *Nemo mittens manum super aratrum, & respiciens retrorsum, aptus est regno Dei*. S. Optatus Milevit. de Schism Donatist legit: *Nemo tenens manicam aratri, post se attendens, intrabit regna coelorum*.

Col 808.

(a) *Exultavit in Spiritu Sancto, & dixit &c.* Habemus in Corbejensi Exemplari: *Exultavit Jesus in Spiritu Sancto, & dixit: Confiteor tibi Domine Pater coeli &c.*

Col. 811.

(a) Omittit Codex noster *& ex omni mente tua*, quae quidem verba in supradicto etiam Apographo Corbejensi desiderantur.

Col. 814.

(a) *Revertens reddam*. Sic legit etiam Exemplar Majoris-Monasterii. Habet eadem verba S Ambrosius Comment. in Lucam Lib. VII., ubi: *Quodcumque supererogaveris revertens reddam tibi*.

Col 815.

(a) *Turbabatur circa plurimum ministerium*. Consonat Graecus Interpres.

Col 816.

(a) *Sollicita es, & turbaris erga plurima &c.* Haec non desunt in Codice nostro tantum, sed etiam in Corbejensi, quin & apud S. Ambrosium Enarrat. in Psal. 1., in Expositione Psal 118. Serm. XI., & Comment. in Lucam Lib. I. cujus verba in sequenti Nota dabimus.

(b) *Quae non auferetur ei*. In citato Codice Corbejensi: *Quae non auferetur illi*. Sanctus Ambrosius Enarrat. in Psal 1. legit: *Martha, Martha, Maria optimam partem sibi elegit, quae non auferetur illi* In Exposit. Psal. 118. Serm. XI. *Martha, Martha, Maria bonam partem elegit, quae non auferetur illi*. In Lib. I. Comment. in Lucam: *Maria optimam partem &c.* cum Vulgata omnino. Et in ejusdem Operis Lib. VII. *Maria optimam partem sibi elegit, quae non auferetur illi*.

Col. 817.

(a) *Pater sancte, qui es in coelis &c.* Plures Codices Graeci habent: *Pater noster, qui es in coelis*; quod etiam Origenes textui suo inseruit. Addunt quoque Graeci plures tam editi, quàm MSS. Codices: *Fiat voluntas tua in terra, sicut in coelo.*

coelo . Haec paucis immutatis, vel demptis, habentur etiam in hoc Codice nostro, & illa non leguntur in Vulgata. Corbejensis autem lectio est: *Pater sancte, qui in coelis es, sanctificetur nomen tuum, veniat regnum tuum*. In alio Majoris-Monasterii: *Pater sancte sanctificetur*.

Col. 820.
(a) *Quantos desiderat*. Sic etiam Corbejensis. Vetus Interpretatio Origenis Comment. in Matth. Tom. XV. legit: *Dico vobis: Etsi non dabit ei surgens propterea quod amicus est ejus; tamen propter importunitatem ejus dabit ei quantos voluerit*.

Col. 822.
(a) Vulgata hìc habet *secum*, quod in Codice nostro deest, ut in Graeco, aliisque Exemplaribus Lucas Brugensis notat.
(b) *Illi beati*. Codex S. Gatiani Turonensis exhibet: *Hii beati*.

Col. 823.
(a) *Illud* omittunt ambo Codices S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii.
(b) Antiquos Codices, in queis hìc non habentur *Prophetae*, ut non est in nostro, Lucas Brugensis memorat, sed legitur in Syro, & Graeco.

Col. 824.
(a) *Et ecce hìc plus Salomone*. Corbejensis Codex exhibet: *Et ecce Salomone plus hìc*. Veteres alios Codices *plus Salomone* legentes Lucas Brugensis vidit, qui conformes sunt Graeco. Codex S. Gatiani Turonensis habet: *Plus Salomone hìc*.

Col. 825.
(a) *Et ecce hìc plusquam Jona*. In Corbejensi: *Et ecce plus Jona hìc*. Antiquis in Codicibus eandem invenit Lucas Brugensis lectionem. In alio S. Gatiani Turonensis: *Plus est Jona hìc*.

Col 826.
(a) *Si verò oculus tuus &c.* Codex Majoris-Monasterii legit hoc loco: *Si autem oculus tuus nequam*.
(b) *Si ergo lumen &c.* Habet Corbejense Exemplar: *Si ergo lumen, quod in te est, tenebrae sunt, tenebrae tuae quantae sunt?* Quae verò sequuntur usque ad *Et cùm loqueretur*, in praedicto Codice quoque desiderantur.
(c) *Ut pranderet secum*. At Corbejensis legit: *Ut cùm illo pranderet*.

Col. 828.
(a) *Verùm quod superest date elemosynam*. Consonat Corbejensis Codex: *Tamen quod superest date eleemosynam*. S. Cyprianus de Opere, & Eleemosynis cum nostro Exemplari legit: *Verùm date eleemosynam, & ecce vobis munda omnia*.

Col. 835.
(a) *Non habent amplius quod faciant*. Lucas Brugensis alios sic legentes Codices indicat.
(b) *Depondio*. Sic Codices quoque S. Gatiani Turonensis, ac Majoris-Monasterii.

Col. 837.
(a) *Abnegabitur*. Consonante Graeco, alii apud Lucam Brugensem antiqui Codices habent: *Denegabitur*.

Col. 838.

(a) *Quae oporteat dicere*. Alios Codices ita cum Graeco legentes idem Brugensis animadvertit. Codex S. Gatiani Turonensis habet: *Quid oporteat dicere*. Alius Majoris-Monasterii: *Quae oporteat vos dicere*. S. Ambrosius de Spiritu Sancto Lib. I. Cap. IV. integrum versum hoc pacto citat: *Nolite solliciti esse qualiter respondeatis, aut dicatis, Spiritus enim Sanctus Dei docebit vos in ipsa hora, quae oporteat dicere*.

Col. 840.

(a) *Fructus meos, & dicam &c.* Etiam Codex Corbejensis omittit *& bona mea*. Paulo post ubi legit Codex noster: *Stulte, hac nocte animam tuam reposcunt a te*. S. Ambrosius Lib. de Nabuthe Jezraelita Cap. VIII. habet: *Stulte, hac nocte repetunt animam tuam a te*. Et S. Cyprianus de Opere, & Eleemosynis legit: *Stulte, hac nocte expostulatur anima tua a te, quae ergo parasti cujus erunt?* Singularis prorsus est lectio, quae occurrit apud S. Ambrosium de Bono mortis Cap. X. *Quid scis an nocte hac a te tua anima reposcatur?*

Col. 842.

(a) Verba Vulgatae: *Si enim neque quod minimum est potestis*, aequè ut in nostro desiderantur etiam in Autographo Corbejensi.

(b) *Quomodo non texunt, neque neunt*. Corbejense Exemplar legit: *Non laborant, neque neunt, neque texunt*. Porrò verbum *Neo* etiam tertiae conjugationis occurrit apud Latinos, ut apud Tibullum Lib. III. Eleg. III. circa finem:

Aut si fata negant reditum, tristesque sorores
Stamina quae ducunt, quaeque futura neunt.

(c) *Parvae fidei*. In eodem Corbejensi habemus: *Minimae fidei*; quod postremum legit & S. Ambrosius Comment. in Lucam Lib. VII.

Col. 843.

(a) *Quid edatis, aut quid bibatis nolite solliciti esse*. Consonat citatum Exemplar Corbejense.

(b) *Quaerite autem regnum ejus; & haec adicientur vobis*. In eodem Codice: *Quaerite regnum Dei*. Vetera MSS. Exemplaria constanter omittere *primùm*, atque *& justitiam ejus* docet Lucas Brugensis, assentientibus Graecis, ac Syris impressis. S. Ambrosius Lib. VII. Comment. in Lucam habet: *Quaerite regnum Dei; & haec omnia adjicientur vobis*.

Col 844.

(a) *Et sint lumbi vestri succincti*. Corbejensis legit *adcincti*. Consentit Codici nostro S. Ambrosius de Paradiso Cap. XIII. Verumtamen in Exposit. Psal. 118. Serm. XIV. sequitur Vulgatam: *Sint lumbi vestri praecincti*. S Cyprianus de Unitate Ecclesiae citat sic: *Sint lumbi vestri accincti*. Origenes in Serie Comment. in Matth. num. 59. ita exhibet: *Sint autem lumbi vestri succincti*.

Col. 845.

(a) *Et lucernae ardentes. Et vos &c.* Graecus quoque non habet aequè ac Codex noster: *in manibus vestris*. Id etiam in pluribus aliis Latinis desideratur, monente quoque Luca Brugensi. Omittit etiam Codex S. Gatiani Turonensis, S. Ambrosius de Paradiso loc. cit., & in Serm. XIV. in Exposit. Psal. 118. ubi

ubi legit : *Et lucernae vestrae ardentes* . Reticuit & S. Cyprianus ubi supra ; & Origenes Homil. IV. in Leviticum ita citans : *Et lucernae vestrae semper ardentes* . Homil. XIV. in Lib. Josue legit : *Et lucernae vestrae ardentes* ; idem repetens Homil. IX. in Lib. Judicum . At in Selectis in Psal. cum Exemplari nostro consonat , quemadmodum etiam in Serie Comment. in Matth. n. 59.

Col. 847.

(a) *Sicut & &c.* Lucas Brugensis asserit Bedam hanc lectionem secutum fuisse .

Col. 849.

(a) *Et mittam cophinum stercoris* . Consentit Exemplar Corbejense , & S. Ambrosius de Jacob , & Vita beata Lib. I. Cap. I. ac Lib. VII. Comment. in Lucam , & tandem Ambrosiaster de Sacramentis Lib. II. Cap. I. sic legens : *Et mittam cophinum stercoris : etsi quidem fecerit fructum ; sin autem excidatur ficulnea* .

Col. 850.

(a) *Vidisset* . In quibusdam antiquis MSS. sic reperit Lucas Brugensis . In Codicibus etiam S. Gatiani Turonensis , ac Majoris-Monasterii occurrit : *Cùm vidisset Jesus* .

Col 852.

(a) *Gaudebat in omnibus mirificis , quae fiebant ab eo* . Legit Corbejensis : *Gaudebat in praeclaris , quae videbant fieri ab eo* .

Col. 854.

(a) *Mulier abscondit in farina donec fermentaretur* . Hac Versione usus est S. Ambrosius , qui , teste Domno Augustino Calmet , verba illa *Sata tria* non legit ; immo addita ex Evangelio Matth. S. Doctorem affirmasse docet . Subdit tamen in omnibus Exemplaribus Vulgatae illa verba haberi . Verùm Corbejense cum nostro Apographo consonat . Loca autem S. Ambrosii ubi hunc locum citat duo sunt , nimirum Lib. VII. Comment in Lucam , ubi sic : *Cui simile aestimabo regnum Dei ? Simile est fermento , quod acceptum mulier abscondit in farina , donec fermentatum est totum* . Et in Epist. ad Irenaeum : *Fermento simile est regnum coelorum , quod abscondit mulier in farinae mensuris tribus , donec fermentetur totum* .

(b) *Intrate per angustum ostium* . Exemplar quoque Corbejense exhibet : *Per angustum ostium* . Origenes Comment. in Matth. Tom XII. in veteri Interpret. legit : *Contendite intrare per angustum ostium* ; quod ipse repetit in Serie Comment. in Matth. num. 14.

Col. 855.

(a) *Et incipietis foris stare* . Conjunctio *&* habetur etiam in Graeco , & Syro teste Luca Brugensi .

Col. 856.

(a) *Illic erit &c.* Additum est recenti manu in Codicibus S. Gatiani Turonensis , & Majoris-Monasterii , in queis legebatur priùs : *Ubi erit* .

Col. 858.

(a) *Missi sunt* , pro *mittuntur* habent & alii Codices , quemadmodum Graecus quoque apud Lucam Brugensem . *Saepiùs*

(b) *Saepiùs volui congregare &c.* In Corbejensi : *Saepè volui congregare filios* .

Col. 859.

(a) *Et factum est cùm intrasset in domum &c.* Meliores Codices MSS. Lucae Brugensis, consentientibus Graeco, atque Syro omittunt *Jesus* .

Col. 861.

(a) *Cùm invitatus fuerit* , Corbejensis lectio est : *Cùm invitatus fuerit quid ad nuptias, non discumbat* .

Col. 863.

(a) *Dicebat autem & invitatori* , Ita legit etiam praelaudatus Codex .

Col. 864.

(a) *Nec divites* . Corbejensis habet : *Neque divites*. Et alius Codex apud Lucam Brugensem legit : *Te invitent* . Etiam S. Cyprianus Testim. Lib. II. *Noli vocare amicos tuos , neque fratres , neque vicinos , neque divites , ne fortè & illi reinvitent te* .

Col. 865.

(a) *Et coeperunt omnes simul excusare se* . Corbejensi in Apographo legitur : *Et coeperunt omnes excusare se* .

Col. 866.

(a) *Et vado experimentum accipere illorum , & propter hoc venire non possum*. Ibidem habemus : *Eo probare illa , & ideo venire non possum* . Origenes Homil. V. in Jeremiam legit : *Vado probare illa, habe me excusatum* .

Col. 868.

(a) *Exi circa vias , & sepes* . Idem Codex habet : *Exi in vias , & circa sepes* . Hanc postremam lectionem sequitur S. Ambrosius in Enarrat. Psal. 40.

(b) *Coge intrare quoscumque inveneris , ut &c.* Codices S. Gatiani Turonensis, atque Majoris-Monasterii habent & ipsi : *quoscumque inveneris* ; & S. Ambrosius loc. cit. *Compelle ut intrent* .

Col. 869.

(a) *Nonne priùs sedens computavit* . Idem legit Corbejensis . Alios consonantes Codices citat Lucas Brugensis . Origenes in Exodum num. 3. sic versum citat : *Quis vestrum volens turrim aedificare, nonne priùs sedebit, & computabit sumptus.* At in Comment. in Matth. Tom. XVII. *Quis ex vobis volens turrim aedificare , non priùs computat an fundamentum ponere possit* .

Col. 870.

(a) *Si habeat quae opus sunt ad consummandum*. Etiam in Corbejensi: *Si habet ad consummandum*. Origenes in Exod. num. 3. *Si habet undè perficiat* ; & in Matth. loc. cit. *Et opus absolvere* .

Col. 871.

(a) *Obviare ei* . Sic & Corbejensis .

(b) *Rogat pacem* . Consonat citatus Codex , habet enim : *Rogans pacem* .

Col. 872.

Col. 872.

(a) *Quod si & sal*. Veteres Libros conformes Syro, qui addunt hìc *quoque* citat Lucas Brugensis.

(b) *Neque in terra, neque in stercore utile est*. Habet Corbejensis: *Neque in terra, neque in sterquilinio utile est*.

(c) *Erant autem accedentes ad eum omnes publicani &c.* In cit. Apographo Corbejensi: *Erant autem appliciti illi omnes publicani*.

Col. 875.

(a) *Et scopis commundat domum*. Multa vetera Exemplaria Latina legunt hìc *evertit*; cùm tamen vera lectio sit *everrit*, ut habetur in Vulgata, cujus quam optima sit lectio ostendit Codex noster per periphrasim id clarissimè significans. Quocirca non est cur P. La Haye *evertit* legendum contendat potiùs quàm *everrit*. Adde Corbejensem Codicem, ubi: *& scopâ mundabit domum suam*: Versionem hanc laudat Lucas Brugensis.

Col. 876.

(a) *Habebat*. Ita etiam Codices S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii.

(b) *Et dixit adolescentior: Pater &c.* Sic quoque Exemplar Corbejense. S. Ambrosius Lib. VII. Comment. in Lucam legit: *Et dixit illi adolescentior: Da mihi portionem &c.*

Col. 877.

(a) *Consumpsisset*. Ita & alius Codex apud Lucam Brugensem.

(b) *Facta est famis valida per regionem illam*. Habetur in Codice Corbejensi: *Facta est fames per regionem illam*; quam postremam lectionem secutus est etiam S. Ambrosius loco cit.

Col. 878.

(a) *Quanti mercenarii patris mei abundant pane?* Plures veterum, ut S. Ambrosius, S. Petrus Chrysologus, Ven. Beda, & S. Eucherius concorditer cum Graeco legunt ut in Codice nostro, omissis verbis *in domo*, teste Augustino Calmet. Omittit eadem verba Codex Corbejensis; quemadmodum & alii apud Lucam Brugensem. Loca verò, ubi S. Ambrosius nunc locum Evangelicum profert, adnotare lubet, nempe Lib. VII. Comment. in Lucam, ubi habemus: *Quantis panibus mercenarii patris mei abundant?* quae repetit S. Doctor in Epistola ad Constantium.

Col. 881.

(a) *Adducite vitulum illum saginatum*. Non otiosum videtur verbum *illum*, ut signet vitulum inter alios praecipuum, quod cum eorum sententia consentit, qui putant hoc vitulo designari sacratissimum Christi Corpus, quod poenitentibus manducandum indulget in Eucharistico convivio coelestis piissimus Pater. Illud reperies etiam in sequenti columna: *Occidit pater tuus vitulum illum saginatum*; itemque Col. 884. *Et occidisti vitulum illum saginatum*. Sic legit etiam Exemplar Corbejense.

Col. 882.

(a) *Interrogavit quidnam essent haec*. In Corbejensi: *Interrogavit quid esset*.

Col. 886.

Col. 886.

(a) *Cognovi quid faciam*. Hoc reperitur etiam in laudato Apographo Corbejensi.

(b) *In domus suas*. Eadem est lectio Codicum S. Gatiani Turonensis, atque Majoris-Monasterii. *Domus* autem in accusandi casu, numeroque plurali apud veteres Latinos in usu fuisse, testis est A. Gellius Noct. Atticarum Lib. XVII. Cap. II. citans Q. Claudium Lib. I. Annal. in haec verba loquentem: *Domus suas quemque ire jubet, & sua omnia fruisci*. Usurpavit & Livius Lib V. Decad. V. scribens: *Ludis relictis, domus magna pars hominum ad conjuges liberosque laetum nuntium portabant*.

Col. 887.

(a) *Vatos olei*. Retinet haec lectio Graecum *βάτυς*, *u* literâ pro *b* usurpatâ: Corbejensis autem Codex habet expressè: *centum batos olei*, ut etiam alius S. Gatiani Turonensis. Coptus legit: *Centum pro mensura bati olei*.

Col. 891.

(a) *Ex quo regnum Dei evangelizatur*. Sic legunt etiam praedictus Codex Turonensis, atque alius Majoris-Monasterii. Coptus habet: *Praedicarunt de regno Dei*.

Col. 893.

(a) Non habet Codex noster verba Vulgatae: *& nemo illi dabat*. In pluribus aliis quoque ea desiderari a Luca Brugensi didicimus; quemadmodum desunt etiam in praedictis Codicibus S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii. Omittit Graecus, Syrus, Persa, Arabs, & Coptus.

(b) *Vulnera* pro *ulcera*. Lucas Brugensis advertit in vetustis quibusdam Libris sic legi. Sanè Persica Versio legit: *Vulnera*.

Col. 894.

(a) *Et de Inferno elevans oculos*. Graecus, Syrus, Persa, Arabs, & Coptus post *sepultus est* periodum claudunt. Tum Graecus subdit: *Et in Inferno elevans oculos suos*. Syrus: *Quumque torqueretur in Inferis, elevavit oculos suos eminùs*. Persa: *Spiritum ejus in Infernum tulerunt, & tormentum sustinuit. Velo autem sublato, dives oculos suos aperuit*. Arabs: *Et elevavit oculos suos dum cruciaretur in Inferno*. Coptus: *In Inferno elevavit oculos suos, quum esset in cruciatu*.

Col. 896.

(a) *Hiatus terrae magnus*. Graecus consentit legens: *Hiatus magnus*. Origenes Homil. XXVII in Num. habet: *Inter vos & nos chaos magnum confirmatum est*. Syrus legit: *Et cum his omnibus est ingens praecipitium positum inter nos, & vos*. Persa: *Ad haec omnia profundum barathrum inter nos, & vos factum est*. Arabs: *Et cum his omnibus, inter nos & vos praecipitium est magnum*. Coptus: *Et cum hisce omnibus abyssus magna probibet nos*.

(b) *Ut testificetur*. Sic etiam Codices S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii. Arabs quoque legit: *Ut testificetur*. Origenes in Fragmento de Resurrectione ita locum hunc citat: *Habeo quinque fratres. Ne & ipsi veniant in locum hunc tormentorum, mitte Lazarum, qui nunciet ipsis quae hic fiunt*.

Col. 898.

(a) *Utilius est autem illi ne nasceretur, aut lapis molaris &c.* Legit Corbejensis eadem sed pro *molaris*, habet *molae*. Origenes in Leviticum Homil. XII. legit: *Expedit praecipitari in profundum maris, quàm scandalizare unum de pusillis istis*.

Col. 899.

(a) *Si peccaverit frater tuus corripe illum &c.* Hìc habet idem Exemplar Corbejense : *Si peccaverit frater tuus, increpa illum, & si poenitentiam habuerit dimitte illi.* Plura alia MSS. Exemplaria, quae omittunt *in te*, Lucas Brugensis vidit. Sanè omittit ea verba Syrus, & Persa.

Col. 900.

(a) *Et obaudisset vobis*. In Apographo Corbejensi legitur : *Et utique obaudisset vobis*. In alio Majoris-Monasterii : *Et obediret vobis* ; quod occurrit etiam in Syro, & Arabe. In Persa autem : *Et vobis obediret*. S. Ambrosius Lib. VIII. Comment. in Lucam : *Eradicare, & jactare in mare, & obaudiet vobis*. Graecus legit : *Et obediret utique vobis*. Coptus verò : *Obediret vobis*.

(b) *Aut pascentem oves*. Testatur Domnus Calmet SS. Ambrosium, & Augustinum, ac Versiones Syram, & Persam addere hìc *oves*, prout addit etiam Codex noster. Corbejensis quoque habet : *Oves pascentem*. Alios Codices citat Lucas Brugensis, in quibus legitur *oves*, alios, ubi *boves*. Exemplar verò S. Gatiani Turonensis habet *oves*. S. Cyprianus Testim. Lib. III. non exprimit *oves*, sed pro *pascentem*, habet *pastorem* ; ait enim : *Quis vestrum habens servum arantem, aut pastorem, & venienti de agro dicit continuo, transi, recumbe? Sed dicit illi : para aliquid quod coenem, & accingere, & ministra mihi, donec manducem, & bibam, & postea tu manducabis, & bibes*. Coptus quoque legit *Pastorem*.

Col. 901.

(a) *Numquid aget gratias servo &c.* In Corbejensi Apographo : *Numquid gratias habet servo, quod fecit, quae sibi imperaverat?* Apud S. Cyprianum loco cit. habetur : *Numquid habet gratiam servo illi, quia fecit, quae ei imperata sunt? Sic itaque & vos cùm perfeceritis, quae vobis imperata sunt, dicite : Servi supervacui sumus, quod habuimus facere, fecimus*.

(b) *Dum iret*. In eodem Corbejensi Exemplari hìc legitur : *Dum vadit*.

Col. 902.

(a) *Et Jericho*. Haec additio reperitur etiam in citato Apographo.

Col. 903.

(a) *Hi decem mundati sunt ; novem ubi sunt ex his?* In praedicto Codice legitur : *Hi decem mundati sunt ; novem ubi sunt ex illis?* Syrus habet : *Nonne decem erant illi qui mundati sunt, ubi sunt novem?* Coptus verò : *Nonne decem fuistis qui purgati estis, ubi igitur novem?* Quae sequuntur in Textu ita citantur a Sancto Ambrosio de Cain, & Abel Lib. I. Cap. IX. *Non fuit ex illis qui rediret, & gratias ageret Deo, nisi hìc alienigena. Et ait illi : Surge & vade*.

Col. 906.

(a) *Similiter & factum est in diebus Lot*. Consonat praedictus Codex, in quo sic : *Similiter factum est in diebus Lot*. Graecus : *Similiter & sicut factum est in diebus Lot*. Syrus : *Et quemadmodum rursus factum est in diebus Lot*. Persa : *Et quemadmodum in diebus Lot erat*. Arabs : *Et quemadmodum factum est in diebus Lot.* Coptus : *Et sicut fuit in diebus Lot*.

Col. 907.

(a) *Pluit ignem de coelo*. Additur in Vulgata post *ignem*, verbum *& sulphur*. Hoc reticetur aequè ac in nostro in Corbejensi quoque.

Col. 910.

(a) *Dixit intra se, si Deum &c.* In praelaudato etiam Codice desideratur conjunctio *&*. Arabs quoque legit: *Dixit in se ipso; si non timeo Deum*.

Col. 913.

(a) *Velut hic publicanus*. Idem Corbejense Exemplar hìc legit: *Vel etiam sicut hic publicanus*. Graecus: *Ut hìc publicanus*. Syrus: *Nec sicut iste publicanus*. Persa: *Neque velut hìc publicanus*. Arabs: *Neque sicut iste decimarum exactor*. Coptus: *Et non sicut hunc publicanum*. S. Hilarius Tract. Psal. 14. habet: *Gratias tibi ago Domine, quod non sum sicut caeteri homines, adulteri, avari, sicut & hic publicanus*. Et in Tract. Psal. 118. *Quia non sum sicut peccator iste & publicanus*. S. Cyprianus de Oratione Dominica: *Quomodo & publicanus iste*. Origenes Homil. IV. in Jeremiam: *Et sicut iste publicanus*. Et Homil. IX. in Ezechielem: *Et ut iste publicanus*.

(b) *Omnium quaecumque possideo*. Sic habet praecitatus quoque Corbejensis Codex, & S. Cyprianus loco cit.

Col 914.

(a) *Justificatus in domo suo prae illum Pharisaeum*. Graecus habet: *Justificatus in domum suam, quàm ille*. Syrus: *Descendit iste justificatus domum suam, potiùs quàm Pharisaeus ille*. Arabs: *Hic descendit in domum suam justificatior illo*. Coptus: *Ivit domum suam hìc, justificatus potiùs quàm ille*. Tertullianus legit: *Justificatior Pharisaeo*. S. Cyprianus loco cit. *Descendit hic justificatus in domum suam magìs, quàm ille Pharisaeus*. S. Ambrosius de Cain, & Abel Lib. I. Cap. IX. *Quia descendit hìc publicanus justificatus magìs quàm Pharisaeus*. S. Hilarius Tract. Psal. 14 *Quia magìs justificatus egressus est publicanus, quàm Pharisaeus*; & Tract. Psal. 125. *Amen dico vobis, quoniam magìs justificatus est publicanus, quàm Pharisaeus*. Corbejensis autem habet: *Dico vobis, quia descendit hìc publicanus justificatus in domum suam, magìs quàm ille Pharisaeus*.

Col 916.

(a) *Quidam dicens*. Etiam Corbejensis hoc loco non legit *Princeps*. S. Ambrosius cum nostro Codice sic citat: *Interrogavit autem eum quidam*, mox addit, *princeps*.

Col. 919.

(a) *Ecce nos relictis omnibus nostris secuti sumus te*. Idem Corbejensis Codex hìc habet: *Ecce nos relictis rebus nostris secuti sumus te*. S. Ambrosius Comment. in Lucam Lib X. *Omnia dimisimus, & secuti sumus te*.

Col. 920

(a) *Qui non accipiet septies tantùm in tempore isto &c.* Lectio Corbejensis est: *Qui non recipiat septies tantùm in hoc tempore: in saeculo autem venturo vitam aeternam*. S Ambrosius Lib. II. de Abraham Cap. X sic locum integrum exhibet: *Nemo est qui relinquat domum, aut parentes, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat septies tantùm nunc in hoc tempore, in saeculo autem venturo vitam aeternam possidebit*.

Col. 921.

(a) *Et consputetur , & flagellatum occident illum .* Idem Codex Corbejensis habet : *Et expuent in illum , & flagellatum occident illum .* Graecus legit : *Et flagellantes occident eum .*

Col. 926.

(a) *Et cum vidissent omnes murmurati sunt quod apud virum peccatorem introisset manere.* Codicis autem Corbejensis verba hoc loco sunt : *Omnes murmuraverunt quòd ad hominem peccatorem divertit manere .* Porrò *murmurati sunt* scriptum est in nostro Codice more veterum , apud quos verbum *murmuro* etiam deponens habebatur , nam ita illud usurpavit Varro Lib. V. *Ita ut soliti eramus , Romae in balneis plodere coepimus , & murmurari .*

Col. 927.

(a) *Si cui quid fraudavi quadruplum reddam .* In Apographo Corbejensi habemus : *Si quid alicui fraudavi - - - - - Ait autem Jesus ad illos , quod hodie &c.* S. Ambrosius Lib. II. de Cain , & Abel Cap IV. legit : *Et si cui aliquid fraude abstuli , reddo quadruplum* ; & in Apologia David Cap. V. *Si cui aliquid abstuli , reddo quadruplum .* S Cyprianus de Opere , & Eleemosynis integrum sensum ita citat : *Ecce dimidium ex substantia mea do egenis : & si cui quid fraudavi , quadruplum reddo . Respondit Jesus , & dixit : Quia salus hodie huic domui facta est , quoniam & hic filius est Abrahae .*

Col. 928.

(a) *Addidit dicens parabolam .* In citato Corbejensi Exemplari legitur : *Dixit similitudinem eo quod &c.* Persa habet : *Ad parabolas adjecit , eo quod &c.*

Col. 932.

(a) *Ex ore tuo judicabo te infidelis serve .* Consonat citatus Codex , in quo sic : *Te judico , o infidelis serve .* Graecus , Syrus , Arabs , & Coptus legunt : *Judicabo te .*

(b) *Tollo quod non posui , & meto quod non seminavi .* Eadem est Corbejensis lectio ; quemadmodum & S. Ambrosii in Lib. de Tobia Cap. XIX.

(c) *Et ego cùm venissem . Et* pro *ut* alios legentes Codices consonantes Graeco citat Lucas Brugensis . Ita legit etiam S Ambrosius loco citato : *Et ego veniens .* Origenes quoque in Selectis in Jeremiam habet : *Meum argentum ponere debebas apud nummularios , & ego veniens cum usura exegissem illud .* Idem tamen Comment. in Matth. Tom. XIV. num. 8. Interpretationis veteris legit : *Num oportebat te dare pecuniam meam ad mensam , ut ego veniens cum usura recepissem eam ?* Etiam Syrus , & Coptus pro *ut* , habent *& . Venissem* autem occurrit in Syro , Persaque .

Col. 933.

(a) *Dabitur illi , ab eo autem &c.* In Vulgata legitur : *Omni habenti dabitur , & abundabit , ab eo &c.* Verba *& abundabit* desunt etiam in Apographo Corbejensi , quod in aliis MSS. Codicibus , & Graecis , & Syris Brugensis advertit . Origenes de Principiis Lib. II. Cap XI. habet : *Quia omni habenti dabitur , & adjicietur .* In Persa quoque , & Arabe desideratur *& abundabit .*

Col. 934.

Col. 934.

(a) *Cùm adpropinquasset Betphage, & Bethania*. In Corbejensi quoque: *Betphage, & Bethaniae*. Origenes Comment. in Matth. Tom. XVI legit: *Et cum appropinquasset Jerosolymis, & venisset Betphage ad montem Oliveti*. In Copto habemus: *Et quum appropinquasset Bethphage, & Bethaniae*.

Col. 935.

(a) *Quoniam Dominus operam ejus desiderat*. Consentit citatus Codex Corbejensis. Origenes loc. cit. habet: *Si quis vos interrogaverit quid solvitis pullum? sic dicetis &c* Et in Homil. XXXVII. in Lucam: *Si quis vos interrogaverit quare solvitis pullum, dicite ei, quia Dominus necessarium illum habet*.

Col. 937.

(a) *Benedictus qui venit &c.* Legit Exemplar Corbejense: *Benedictus qui venit in nomine Domini. Benedictus Rex: Pax in coelo &c.* In Graeco habetur: *Benedictus veniens Rex in nomine Domini. Pax in coelo, & gloria in excelsis*. Syrus reddit: *Benedictus Rex qui venit in nomine Domini. Pax &c.* Persa: *Benedictus est Rex, qui in nomine Dei venit. Pax in coelo, & laus in excelso*. Arabs: *Benedictus Rex veniens in nomine Domini. Pax in coelo, & gloria in excelsis*. Coptus: *Benedictus qui venit in nomine Dei, & pax in coelis, & gloria in excelsis*.

Col. 938.

(a) *Magister, objurga illos*. Corbejensis lectio est: *Magister, increpa illos*. Origenes Homil. XXXVII. in Lucam habet: *Increpa eos*. Syrus: *Rabbi, objurga discipulos tuos*. Coptus: *Magister, objurga discipulos tuos*.

Col. 940.

(a) *Et ementes, & mensas &c.* Etiam in eodem Corbejensi Apographo additur: *Et mensas nummulariorum effudit, & cathedras vendentium columbas evertit*. Coptus habet: *Expulit omnes, qui vendebant, & emebant in Domo Sancta, & subvertit mensas commutatorum, & cathedras eorum, qui vendebat columbas*.

Col. 941.

(a) *Principes populi*. Sic etiam Codex S. Gatiani Turonensis. Origenes Comment. in Matth. Tom. XVII. ita citat: *Principes autem Sacerdotum, & Scribae, & seniores populi &c.*

Col. 942.

(a) *Respondens autem dixit &c.* Exemplar Turonense citatum omittit aequè ac noster: *Jesus*.

(b) *Interrogabo vos & ego, & respondete mihi &c.* Corbejensis habet: *Interrogabo vos & ego, respondete mihi*.

(c) *Baptismum*, pro *Baptismus*. Ita legunt etiam Codices S Gatiani Turonensis, & Majoris Monasterii; sed & alios antiquos Codices consentientes vidit Lucas Brugensis. S. Ambrosius Comment. in Lucam Lib. IX. habet: *Baptismus Joannis unde est: de coelo an ex hominibus?* At in Serm. contra Auxentium de Basilicis tradendis legit: *Baptismum Joannis de coelo est an ex hominibus?* V. Not ad Col. 231.

Col. 943.

(a) *Sciunt enim Joannem Prophetam fuisse* . In Corbejensi : *Certum est enim Joannem Prophetam fuisse* .

Col. 945.

(a) *Caesum illum dimiserunt vacuum* . In eodem Autographo sic : *Coloni autem illum caesum dimiserunt inanem* .

(b) *Filium meum carissimum , forsitan hunc reverebuntur* . Idem Codex consentit , sed habet *verebuntur* . S. Ambrosius de Fide Lib. V. Cap. XVII. legit : *Quid faciam ? Mittam filium meum dilectissimum , forsitan hunc reverebuntur* . Tum ejusdem Libri Cap. XVIII. *Fortasse reverebuntur filium meum* .

Col. 946.

(a) *Coloni cogitaverunt inter se dicentes* . Exemplar Turonense S. Gatiani habet *inter se* ; quod legit Arabs quoque .

(b) *Qui cùm audissent* . Ita etiam Codex Majoris-Monasterii .

Col. 948.

(a) *Submiserunt fingentes* . Graecus Textus habet : *Miserunt homines insidiantes ei* .

Col. 950.

(a) *Dixerunt Caesaris* . Ab aliis quoque Codicibus abesse *ei* , sicut etiam & Graeco , & Syro monet Lucas Brugensis . Sic Persa , & Arabs .

Col. 952.

(a) *Sine filiis* . Consentiunt Exemplaria S. Gatiani Turonensis , & Majoris-Monasterii .

Col. 953.

(a) *Filii hujus saeculi generant , & generantur &c.* Corbejensis , S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii Codices habent : *Filii hujus saeculi generantur , & generant* . S. Cyprianus de Disciplina , & Habitu Virginum verba Codicis nostri omnino sequitur . Origenes Comment. in Matth. Tom. XVII. idem facit , sed addit : *Nubunt , & traduntur ad nuptias* . Coptus legit : *Procreant , & procreantur* .

(b) *Non nubunt , nec nubuntur &c.* In Apographo Corbejensi : *Neque nubunt , neque nubuntur , neque ducunt uxores* . Lucas Brugensis Codices affert legentes : *Neque nubunt , neque ducunt uxores* . S. Cyprianus loco cit. sic habet : *Qui autem habuerint dignationem saeculi illius , & resurrectionis a mortuis , non nubunt , neque matrimonium faciunt : neque enim incipient mori , aequales enim sunt Angelis Dei , cum sint filii resurrectionis* .

Col. 954.

(a) *Dixerunt : Magister &c.* Graecum , & alios Codices hìc omittere *ei* novimus ex Luca Brugensi . Desideratur etiam in Persa , Arabe , & Copto .

Col. 955.

(a) *Inimicos tuos sub pedibus tuis* . Consonat Codici nostro Corbejensis . Legit Syrus : *Hostes tuos sub pedibus tuis* . Persa : *Usque ad tempus , quo hostes tui sub pedibus tuis positi sint* . Arabs ipsa profert verba Codicis nostri .

Col. 956.

(a) *Fingentes longam orationem*. Eadem lectio est praecitati Codicis.

Col. 957.

(a) *Quia vidua paupera haec plus omnium misit*. Flectitur aliquando, quamvis raro, adjectivum *Pauper, a, um*; nam Plautus in Fragm. scribit: *Paupera*; & Commodianus Instruct. LXXI. *Soror paupera*. S. Cyprianus de Opere, & Eleemosynis locum sic citat: *Amen dico vobis, quoniam vidua ista plus omnibus misit in dona Dei. Omnes enim isti, de eo quod abundavit illis miserunt in dona Dei: haec autem de inopia sua omnem quemcumque habuit victum misit*.

Col. 958.

(a) *Non relinquetur lapis super lapidem in pariete hic &c.* Corbejensis consonat lectio: *Non relinquetur lapis super lapidem hic in pariete, qui non destruatur*.

Col. 960.

(a) *Sed nundum erit finis in illis*. In Apographo Corbejensi legitur: *Sed non statim finis in illis*. Initium versus ita citat S. Ambrosius Lib. X. Comment. in Lucam: *Cùm autem audieritis praelia, & opiniones praeliorum*. Origenes in Serie Comment. in Matth. num. 34. *Cùm audieritis praelia, & seditiones, ne terreamini*.

(b) *Signa magna erunt, & hyemes*. Habet idem Codex Corbejensis: *Signa magna erunt, & tempestates*. Alium citat Codicem Lucas Brugensis consentientem Corbejensi. Ita legit, ut Exemplar nostrum profert, Origenes in Serie Comment. in Matth num. 36. Syrus habet: *Signa magna e coelo apparebunt, imbresque permagni erunt*. Persa: *Signa dira, & terribilia apparebunt de coelo, & hyems frigusque protrahetur*.

Col. 961.

(a) *Non poterint resistere, qui adversantur vobis*. In saepissimè citato Codice Corbejensi legimus: *Cui non poterunt resistere adversarii vestri*. S. Cyprianus in Epistola LXXVII. ad Nemesianum integrum sic exhibet versum: *Ponite in cordibus vestris non praemeditari excusare. Ego enim dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere adversarii vestri*. Syrus vertit: *Cui non poterunt contradicere, neque resistere omnes adversantes vobis*. Persa: *Omnes inimici vestri vobis resistere non poterunt*.

Col. 962.

(a) *Circumdatam ab exercitibus Hierusalem*. Graecus etiam Textus eadem legit. Origenes quoque in Comment. in Genesim habet: *Cùm videritis circumdatam ab exercitibus Hierusalem, tunc scietis quia approquinquavit desolatio ejus*. Sed & Arabs vertit: *Cùmque videritis Jerusalem jam obsessam ab exercitibus*.

Col. 963.

(a) *Vae praegnantibus, & lactantibus in illis diebus*. At Exemplar Corbejense reddit: *Vae his, quae in utero habent, & ubera dant*. S. Ambrosius Lib. IX Comment. in Lucam legit: *Vae illis, quae in utero habent, & ubera dant in illis diebus*. Graecus habet: *Vae autem in utero habentibus, & lactantibus in illis diebus*. Arabs ipsa Codicis nostri verba profert. Coptus legit: *Vae praegnantibus, & nutricibus isto die*.

Col. 964.

Col. 964.

(a) *Necessitas magna*. Consonat Graecus.

(b) *Donec repleantur tempora gentium*. Corbejensis Apographi lectio est: *Dum impleantur tempora gentium*; quae lectio occurrit etiam in Graeco, & Arabe. Syrus: *Usquequo impleantur tempora gentium*. Coptus: *Usquequo veniet tempus gentium*.

(c) *Super terram compressio gentium*. Syrus legit: *Et in terra anxietas gentium*.

Col. 965.

(a) *Virtutes enim, quae sunt in coelo, movebuntur*. Corbejense Exemplar reddit: *Nam virtutes, quae in coelo sunt, movebuntur*. S. Ambrosius Lib. X. Comment. in Lucam legit: *Nam virtutes in coelo commovebuntur*.

Col. 966.

(a) *Videte ficum, & omnes arbores cùm florient a se*. Graecus Textus: *Videte ficum, & omnes arbores, cùm protulerint jam*. Syrus: *Videte ficum, & omnes arbores; quae cùm pullulaverint &c.* Arabs: *Videte ficum, & omnes arbores: cùm coeperint maturescere*. Coptus: *Quando videtis ficum, & omnes arbores, quod florescunt*.

Col. 967.

(a) *Verba autem mea non praeteribunt*. Ita Codices S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii. Origenes Homil II. in Selectis in Psal. habet: *Coelum, & terra praeteribunt, verba autem mea non praeteribunt*.

(b) *Gratulatione*, pro *Crapulatione* scriptum videtur. In Corbejensi autem legitur: *Et ebrietate, & cogitationibus saecularibus*. S. Ambrosius Lib IV. Comment. in Lucam habet: *Cavete ne gravetur cor vestrum in vino, & crapula*. Origenes Homil. VII. in Leviticum hunc locum sic citat: *Attendite ne fortè graventur corda vestra in ebrietate, & crapula, & in solicitudinibus saeculi, & veniat super vos subitaneus interitus*.

Col 968.

(a) *Effugere*. Ita habeamus etiam in Codice Majoris-Monasterii, & in Graeco, atque Persa. Syrus legit: *Ut digni habeamini, qui effugiatis haec*.

Col. 969.

(a) *De luce vigilabant*. Syrus Textus consentit; idemque importat Vulgata verbo *manicabat*, quod barbarum est fatente etiam S. Augustino in Judic. Quaest. XLVI. De hoc verbo multa habet Ducangius in Glossario mediae & infimae Latinitatis. Codex S. Gatiani Turonensis habet: *manificabit*.

(b) *Illum*, pro *Jesum*. Alii Codices conformes Graeco, & Syro legunt *eum* ex Luca Brugensi.

Col. 970.

(a) Codices antiquos habentes *Scbariot*, pro *Iscariote* citat Lucas Brugensis. Sic etiam Codices S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii. S. Hilarius Tract. Psal. 128. legit: *Intravit Satanas in Judam, qui cognominatur Scbariota*.

(b) *Sine turba*. Consonat nostro Codici Corbejensis, & Textus Graecus. Syrus habet: *extra turbam*; prout Persa quoque. Arabs: *seorsum a turba*.

Col. 971.

(a) *Homo amphoram aquae portans &c.* Aequè ac in noſtro *quidam* in optimis Exemplaribus deſiderari hoc loco monet Lucas Brugenſis. Omiſit & S. Ambroſius Comment. in Lucam Lib. X. nam legit: *Occurret vobis homo amphoram aquae portans*; quod fecit etiam in Epiſtola ad Epiſcopos Aemiliae. Non extat quoque in Graeco, Syro, Perſa, Arabe, & Copto.

Col. 972.

(a) *Et dicetis patri familiae domui*. In Corbejenſi hìc legitur: *Et dicetis: Pater familias: dicit tibi Magiſter*.

(b) *Maedianum ſtratum magnum*. Legendum eſt abſque diphtongo. Significat autem ingentem, vaſtamque in mediis aedibus aulam, ubi Chriſtus Dominus Paſcha comedit. Adjectivum ſanè eſt, cui ſubaudienda vox *Coenaculum*. Hac voce *Medianus* uſus eſt Vitruvius Lib. III. Cap. I. & Cap II. & ult. *Medianas* enim dixit *Columnas*; ut eas ab angularibus diſtinguèret. *Medianum coenaculi* habemus apud Ulpianum in L. *Si verò*, §. *Interdum*, *ff De iis*, *qui dejecer. vel effud.* In Codice tamen Corbejenſi ſic: *Vobis oſtendet in ſuperioribus locum ſtratum magnum*, *ibi parate*. S. Ambroſius in cit. Epiſtola ad Epiſcopos Aemiliae habet: *Ipſe vobis oſtendet in ſuperioribus locum magnum: ibi parate*. Origenes Homil. XVIII. in Jeremiam: *Ipſe oſtendet vobis coenaculum grande ſtratum*, *ſcopis mundatum*, *paratum*, *ibi parate*.

Col. 973.

(a) *Sumite hoc*, *& partimini in vobis*. Corbejenſis legit: *Accipite hoc*, *& dividite inter vos*.

Col. 974.

(a) *Hoc eſt corpus meum*. *Attamen &c.* Memoratus Corbejenſis Codex habet: *Hoc eſt Corpus meum verum*. Tum reticet, aequè ac noſter, quae habemus in Vulgata uſque ad verba: *Verumtamen ecce manus &c.* S. Cyprianus de Coena Domini profert verba Vulgatae: *Hoc facite in meam commemorationem*; mox ſtatim ſubdit: *Haec eſt caro mea*, *& hic eſt ſanguis meus*.

Col. 975.

(a) *Et ipſi inquirebant inter ſe &c.* Legitur in Apographo Corbejenſi: *Conquirebant inter ſe*, *quis eſſet hoc facturus*.

Col. 976.

(a) *Et qui praeeſt ut qui miniſtrat*. Conſonat MS. Majoris-Monaſterii, ubi: *Sicut qui miniſtrat*. Initium autem hujus verſus ſic exhibet S. Hilarius in Tract. Pſal. 118. *Qui vult eſſe ex vobis major*, *fiat omnium minimus*.

(b) *In gentibus quidem qui recumbit &c.* Praecitatus Codex Majoris-Monaſterii hìc habet: *In gentibus quidem recumbit*, *in vos autem non ſic*, *ſed qui miniſtrat*.

Col 978.

(a) *Simon*, *Simon*: *Ecce Satanas poſtulavit &c.* Corbejenſis legit: *Expetivit*, *ut vos ventilet ſicut triticum*. Codex verò noſter mendosè habet, *ut ſcribaret*, pro *cribraret*. S. Ambroſius de Interpellat. Job, & David Lib. III. Cap. V. ita refert: *Ecce Satanas expetivit vos*, *ut ventilet ſicut triticum*; & in Enarrat. Pſal. 43. *Simon ecce Satanas expoſtulavit*, *ut ventilet vos ſicut triticum*: *Ego au-*

tem rogavi Patrem meum, ut non deficiat fides tua. S. Hilarius Lib. IX. de Trinitate: *Ecce Satanas expetivit, ut vos cerneret sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficeret fides tua.* S. Cyprianus in Epist. VIII. ad Presbyt. & Diaconos: *Dixit autem Dominus ad Petrum: Ecce Satanas postulavit, ut vos vexaret quomodo triticum, ego autem rogavi pro te ne deficiat fides tua.* Et Anonymus inter Opera Origenis Lib. II. in Job: *Satanas petiit, ut vos cribraret tamquam triticum.*

(b) *Confirma fratres tuos, & rogate ne intretis in tentatione. Dixit autem ei Petrus.* Consonat omnino Corbejensis. Omisit *aliquando* etiam S. Ambrosius in Enarrat. Psal. 43. legens: *Tu autem conversus confirma fratres tuos.* Coptus: *Et tu etiam conversus &c.* Arabs: *Et tu quoque revertere, & confirma fratres tuos.*

Col. 980.

(a) *Quod scriptum est oportet impleri &c.* In Corbejensi: *Oportet impleri in me, quod & cum iniquis deputatus est, & de me quae sunt finem habent.* In Exemplari verò S. Gatiani Turonensis: *Et quod cum injustis*; atque in alio Majoris-Monasterii: *Et cum injustis.* Apud S. Ambrosium Lib. X. Comment. in Lucam: *Quoniam hoc quod scriptum est oportet impleri in me, quod & cum injustis deputatus est.*

Col. 981.

(a) *Pater non voluntas mea, sed tua fiat &c.* Haec eadem verba profert Graecus Textus, & Syrus. Consonat Corbejensis, habet enim: *Pater non mea voluntas, sed tua fiat.* S. Ambrosius de Fide Lib. V. Cap. XIV. legit: *Pater meus, si vis, transfer Calicem hunc a me: verùm non meâ voluntate, sed tuâ fiat.* At in Lib. X. Comment. in Lucam aliter habet: *Pater, si possibile est, transfer a me calicem istum. Non mea voluntas, sed tua fiat.* Persa, & Arabs, atque Coptus legunt: *Non voluntas mea, sed voluntas tua fiat.*

Col. 983.

(a) *Et accedens osculatus est Jesum.* Corbejensis legit: *Adpropians osculatus est Jesum.*

Col. 984.

(a) *Domine, si percutiemus in gladio?* Consonant Exemplaria Corbejense, S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii, ac Textus Graecus. Syrus verò sic legit: *Domine noster, percutiemus eos gladiis?* Arabs: *Domine, percutiemusne gladio?*

(b) *Sine usque hoc. Et extendens manum suam tetigit eum, & reintegrata est auris ejus.* Corbejensis Codex refert: *Sine usque hoc. Et extendit manum suam Jesus, & tetigit eum, & redintegrata est auris ejus.* Graecus: *Sinite usque huc. Et tangens auriculam ejus, sanavit eum.*

Col. 985.

(a) *Tamquam ad latronem.* Sic etiam in praecitatis Codicibus S. Gatiani Turonensis, ac Majoris-Monasterii. Syrus: *Tamquam adversùs latronem.* Persa: *Tamquam adversùs latrones.*

Col. 986.

(a) *In medio atrio.* Sic legitur, teste Luca Brugensi, in aliis antiquis Codicibus. In Graeca editione habetur: *In medio aulae.*

Col. 990.

Col 990.

(a) *Si vobis dixero non creditis*. Coptus habet: *Si significavero vobis, non credetis mihi*. Quae sequuntur S Ambrosius in Exposit. Psal. 118. Serm. XIII. ita legit: *Sed & si interrogavero, non respondebitis mihi*. Et Lib. X. Comment. in Lucam: *Si vobis dixero, non credetis mihi: si vos interrogavero, non respondebitis mihi*.

Col. 993.

(a) *An a Galilaea homo iste esset*. Corbejensis habet: *Si a Galilaea homo esset*.

(b) *Audiret*, pro *audierat* in aliis etiam Codicibus Lucas Brugensis advertit. Certè sic legit Coptus.

Col 994.

(a) *Veste candida*. Graecus quid simile importat, habet enim: *Amiciens eum vestem splendidam*. S. Ambrosius Comment. in Lucam Lib. X. habet: *Et indutum illum veste alba remisit*. Syrus legit: *Vestibus coccineis*. Persa: *Vestem rubram*. Arabs: *Vestibus rubris*. Coptus: *Veste purâ*.

Col. 997.

(a) *Crucifige illum*. Consonat nostro Corbejensis, alius autem Majoris-Monasterii: *Crucifige eum* ambo absque duplicatione, quae habetur in Vulgata. Coptus quoque non duplicat.

Col. 998.

(a) *Inveni*. Sic legit etiam Codex S. Gatiani Turonensis, Graecus, Syrus, Persa, Arabs, & Coptus.

Col. 999.

(a) *Multitudo ingens populi, & mulierum*. In Codicibus Corbejensi, S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii habemus: *Multitudo populi*; quod occurrit etiam in Syro. Persa legit: *Turbae ingentes*. Arabs verò: *Turba magna*.

Col 1000.

(a) *Nolite flere me, verùm vos flete, & natos vestros*. Corbejensis lectio est: *Nolite flere me, sed vos ipsas flete, & filios vestros*. S. Ambrosius legit in Exposit. Psal. 118 Serm. XIV. *Nolite me flere, sed vos ipsas flete*. Et in Lib. de Incarnationis Dominicae Sacramento: *Nolite me flere, vos ipsas flete*. Primam Ambrosianam lectionem secutus est Auctor Librorum de Sacramentis Lib. II. Cap. VI.

(b) *Quoniam venient dies &c.* Codex Majoris-Monasterii omittit *ecce*, sed legit *veniunt*. Persa vertit: *Illae enim dies appropinquant*. Arabs omnino consonat Codici nostro. Coptus autem habet: *Quoniam veniet tempus*.

(c) *Et ubera, quae non educaverunt*. In Corbejensi: *Et ubera, quae non nutrierunt*.

Col 1001

(a) *Quoniam in umido ligno &c.* In eodem Apographo Corbejensi habemus: *Si in humido ligno haec faciunt*. Legit S. Ambrosius de Noe, & Arca Cap. XV. *Quod si in humido hoc faciunt, in arido quid fiet?* Et in Lib. de Virginitate Cap. XII. *Quia si in humido hoc faciunt, in arido quid facient?* S. Hilarius in Tract. Psal. 1 *Quia si in humido ligno haec faciunt, in arido quid fiet?* Arabs: *Et si faciunt hoc in ligno humido*.

Col. 1002.

(a) *Expectans*. Sic omnes veteres Codices Lucae Brugensis. Exemplar verò S. Gatiani Turonensis habet: *Expectantis*.

Col. 1003.

(a) *Rex Judaeorum hic*. In Corbejensi: *Rex Judaeorum hic est*.

(b) *Nonne tu es Christus? Libera te, & nos*. Consonat omnino idem Corbejense Exemplar. Coptus legit: *Nonne tu es Christus? Serva te ipsum, & nos etiam*.

Col. 1005.

(a) *Erat circiter hora sexta*. Quaedam Exemplaria Graeca idem habere asserit Millius. Syrus legit: *Erat autem circiter hora sexta*. Persa: *Et cùm sexta hora praeteriret, super universam faciem terrae caligo exorta est, usque ad nonam horam. Et Sol obtenebratus est*. Arabs: *Jamque erat tempus horae sextae, & quidem tenebrae obvelaverunt terram universam, usque ad tempus horae nonae. Et obtenebratus est Sol*. Coptus: *Et quum meridies esset, tempore sextae horae obiit Sol, & obscurus fuit Mundus, usque ad horam nonam. Et obscuratus est Sol*. Origenes in Cant. Canticor. Lib. II. legit: *Erat jam quasi hora sexta, & tenebrae factae sunt super omnem terram, usque in horam nonam, deficiente Sole*. In Serie autem Comment. in Matth. num. 134. haec habet: *Dicimus ergo quod Matthaeus, & Marcus non dixerunt defectionem Solis tunc factam fuisse, sed neque Lucas, secundùm pleraque Exemplaria habentia sic*: Et erat hora ferè sexta, & tenebrae factae sunt super omnem terram usque ad horam nonam, & obscuratus est Sol. *In quibusdam autem Exemplaribus non habetur*: Tenebrae factae sunt, & obscuratus est Sol; *sed ita*: Tenebrae factae sunt super omnem terram Sole deficiente. *Et forsitan ausus est aliquis, quasi manifestius aliquid dicere volens pro* Et obscuratus est Sol, *ponere* Deficiente Sole, *existimans quòd non aliter potuissent fieri tenebrae nisi Sole deficiente*.

Col. 1008.

(a) *Et dies erat Coena purae, & Sabbatum*. Idem legitur etiam in Corbejensi, nisi quod pro *purae*, ibi est *pura*. De Coena pura pluribus egimus in Not. (a) Col. 606.

Col. 1009.

(a) *Adferentes quae paraverunt*. Codex Corbejensis legit: *Portantes, quae paraverant*, sed ut noster omittit *Aromata*.

Col. 1010.

(a) *Non invenerunt Corpus*. Addit Vulgata *Domini Jesu*; quae verba etiam in Corbejensi desiderantur.

Col. 1011.

(a) *Vivum cum mortuis?* Ita legit & Coptus. Quae adduntur in Vulgata: *Non est hic, sed surrexit*, aequè ac in nostro in citato Apographo Corbejensi non habentur.

(b) *Rememoratae sunt verborum horum*. Eadem occurrunt in Corbejensi, ubi haec sequuntur: *Et egressae nutiaverunt haec omnia*. Codex S. Gatiani Turonensis habet & ipse: *Verborum horum*.

Col. 1012.

Col. 1012.

(a) *Et non credebant eis* . Antiqui Libri Lucae Brugensis , consentiente Beda , sic legunt .

(b) *Stadios habentem LX.* Macrobius quoque Stadios dixit masculino , non neutro genere ; Ait enim Lib. I. Cap. XV. in Somn. Scipionis : *Hìc Orizon , quem sibi uniuscujusque circumscribit aspectus , ultra trecentum , & sexaginta stadios longitudinem intra se continere non poterit . Centum enim , & octoginta stadios non excedit acies contra videntis* .

Col. 1013.

(a) *Ammaus* . In Codice S. Gatiani Turonensis legitur : *Aemavus* .

Col. 1014.

(a) *Ad alterutrum* . Eadem est lectio memorati Codicis .

Col. 1015.

(a) *Opere & verbo coram Deo* . Sic habet idem Turonensis Codex , mox subdit : *& omni plebe* .

(b) *Ex quo facta sunt haec* . Idem Codex hìc habet : *Ex quo haec &c.* Legitur in Graeco : *Ex quo haec facta sunt* . In Syro : *Ex quo haec omnia facta sunt* ; quod extat etiam in Persa . Arabs habet : *Ex quo evenerunt haec* . Coptus : *Ex quo factum est hoc* .

Col. 1017.

(a) *Ipsum autem non viderunt* . Omnino consonat Turonensis , at Corbejensis habet : *Ipsum verò non viderunt* ; quod reddit & Graecus , & Syrus . Persa : *Sed eum non viderunt* . Arabs : *At ipsum minimè viderunt* .

Col. 1018.

(a) *Quoniam ad vesperum jam declinavit dies* . In Corbejensi legitur idem , sed additur geminum *jam* . Graecus habet : *Quoniam ad vesperam est , & inclinavit dies.* Syrus : *Quoniam dies jam inclinavit ad tenebras* . Arabs : *Quia jam declinavit dies* . Coptus : *Quoniam advesperascit , & declinatus est Sol* .

Col. 1019.

(a) *Et ipse nusquam conparuit ab illis* . Codex citatus habet : *Ipse autem nusquam comparuit ab eis* . Graecus : *Et ipse non apparens factus est ab eis* . Persa : *Et Christus ab illis disparuit* . Coptus : *Et evanuit ab iis statim , & indiguerunt eo* .

Col. 1020.

(a) *Quoniam verè resurrexit Dominus , & visus est Simoni* . Consentit praecitatus Codex sic legens : *Quod verè surrexit a mortuis Dominus , & visus est a Simone* . Graecus habet : *Quòd surrexit Dominus verè , & visus est Simoni* .

Col. 1021.

(a) *Quare cogitationes ascendunt in corde vestro* . Ita etiam Codices S. Gatiani Turonensis , & Majoris - Monasterii . Persa legit : *Quare cogitationes in corde vestro agitant ?* Graecus : *Quare cogitationes ascendunt in corda vestra ?* Syrus : *Quare ascendunt cogitationes &c.* Arabs : *Et quare veniunt cogitationes &c.* Coptus : *Et quia cura ascendit in corda vestra ?*

Meos

(b) *Meos* legitur in Graeco, Syro, Perſa, Arabe, & Copto; at non habetur in melioribus Latinis, ut monet Lucas Brugenſis.

(c) *Spiritus carnem, & oſſum non habet, ſicut me videtis habentem*. De verbo *oſſum* V. Notam (a) ad Col. 608. S. Hilarius in Tract. Pſal. 137. hunc integrum locum ſic exhibet: *Quid conturbati eſtis, & quae cogitationes aſcenderunt in corda veſtra? Videte & manus meas, & pedes, quoniam ipſe ego ſum: palpate, & videte, quoniam ſpiritus carnem, & oſſa non habet, ſicut me videtis habentem*. Origenes autem in Dialogo de Recta in Deum Fide Sect. IV. ſic: *Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in cordibus veſtris? Videte manus & pedes meos, quia ego ipſe ſum: quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere*. Poſtrema ſic paulo ante loc. cit. exprimit: *Spiritus enim carnem & oſſa non habet, ſicut me &c.* Graecus quoque legit: *Sicut me videtis habentem*.

Col. 1022.

(a) *Habetis aliquid quod edamus?* Corbejenſis ita legit: *Habetis hìc aliquid manducare?* Coptus: *Eſtne quod habetis quo veſcamur hìc?*

(b) Poſt ea verba *coram illis*, ſubdit Vulgata: *Sumens reliquias dedit eis*. Haec, ut in noſtro Codice, ita etiam in Graeco deſiderantur. Deſunt quoque in Syro, & Perſa. Verba verò Chriſti Domini ad Apoſtolos, quae paulò poſt occurrunt, ita citat S. Cyprianus Teſtim. Lib I. *Iſti ſunt ſermones, quos locutus ſum ad vos, cùm adhuc eſſem vobiſcum, quia oportet adimpleri omnia ſcripta in lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis de me*.

Col. 1023.

(a) *Tunc aperuit ſenſum illorum ad intelligendum Scripturas*. In Codice Majoris-Monaſterii habemus *ſenſum eorum*. S. Ambroſius Comment. in Lucam Lib. X. ſic legit: *Tunc aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ea, quae ſcripta ſunt*. S. Hilarius Tract. Pſal. 125. *Tunc aperuit ſenſum eorum, ut intelligerent Scripturas*. S. Cyprianus loco cit. *Tunc adaperuit illis ſenſum, ut intelligerent Scripturas*. Graecus conſonat noſtro legens: *Tunc aperuit ipſorum ſenſum ad intelligendum Scripturas*. Syrus: *Tunc aperuit eorum mentem, ut intelligerent Scripturas*. Arabs: *Et tùnc aperuit corda eorum, ut intelligerent Scripturam*.

(b) *Sic ſcriptum eſt Chriſtum pati*. Ita etiam Codices S. Gatiani Turonenſis, & Majoris-Monaſterii, & S. Hilarius loco cit. Arabs verò in haec verba legit: *Sic eſt ſcriptum quod Chriſtus eſſet paſſurus*.

Col. 1024.

(a) *Remiſſionem peccatorum in omnibus gentibus incipiens ab Hieruſalem*. Habet Corbejenſis: *Remiſſionem peccatorum in omni gente*. S. Cyprianus ubi ſupra legit: *Remiſſionem peccatorum uſque in omnes gentes*. In Geſtis Collationis Carthaginienſis non uno loco apud Optatum Milevitanum habemus: *per omnes gentes*. Syrus ſic vertit: *Remiſſionem peccatorum inter cunctas gentes, ita ut exordium eſſet ab Jeruſalem*. Coptus: *Remiſſionem peccatorum omnibus gentibus incipientes ab Hieruſalem*. Arabs: *Remiſſionem peccatorum inter omnes gentes. Incipietis autem ab Jeroſolyma*.

(b) *Et ego mittam repromiſſionem Patris*. Verbum *mittam* conſonat Syro, & in aliis quibuſdam Exemplaribus occurrit ex Luca Brugenſi. Codex S. Gatiani Turonenſis habet cum noſtro: *Repromiſſionem Patris*. S. Ambroſius de Spiritu Sancto Lib. II. Cap. II. ſic citat: *Et ego mitto promiſſa Patris mei in vos*. Coptus ver-

vertit : *Et ecce ego mittam promiſſionem Patris mei ſuper vos* . Arabs : *Et ego mittam ad vos promiſſum Patris mei* .

(c) *Virtutem* : legitur in citato Apographo S. Gatiani Turonenſis, immo alios Graeco reſpondentes ſic habere aſſerit Lucas Brugenſis . Perſa vertit : *Donec ex alto potentiam , & virtutem induatis* .


Col. 1025.

(a) Verba Vulgatae : *Et ferebatur in coelum* , quemadmodum & paulo poſt *adorantes* , nedum in noſtro , ſed etiam in Corbejenſi Exemplari deſiderantur .

(b) Habet hìc Vulgata : *laudantes , & benedicentes Deum* . Aequè ac noſter omittit *benedicentes* etiam Codex Corbejenſis , ſicut & *Amen*; quod poſtremum ab aliis quibuſdam Codicibus abeſt . Illud omiſit Beda inter Latinos , Euthymius inter Graecos .

Col. 1026.

(a) *Evangelium ſecundum Lucanum* : Etiam in Corbejenſi legitur pro *Luca Lucanus* ; prout in MS. quoque Bobienſi , atque altero S. Joannis de Carbonaria Neapolit. & ad calcem Codicis Cottoniani ; ubi aequè ac in noſtro habetur : *Explicit Evangelium ſecundum Lucanum* . Vide quae jam in Praefatione hac ipſa de re monuimus .



IN

IN EVANGELIUM SECUNDUM MARCUM

NOTAE, ET CONCORDANTES LECTIONES.

Col. 1027.

(a) *Ecce ego mitto &c.* Legit hic Corbejense Exemplar: *Ecce mitto Angelum meum ante te, & ante faciem tuam, qui praeparabit viam meam ante te.*

(b) *Viam tuam.* Verba *ante te* omittuntur etiam in aliis pluribus MSS. suffragante Syro, & Copto. Ea legit non uno loco Origenes, sed omisit in Homil. III. in Lib. Jesu Nave; ibi enim sic locum hunc Marci exhibet: *Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit vias tuas;* sic namque edidit Carolus Delarue Ord. S. Benedicti ex Codice S. Germani, & altero Ebroicensi; in Gemmeticensi verò Apographo legebatur *praeparabit viam tuam*, & in impressis, *praeparet vias tuas*, ut Vir Doctissimus monet in Notis ad cit. locum Origenis. Subdit Codex noster: *Et iterum*, quod Vulgata non habet, ut distinguat (ni fallimur) gemina testimonia a duobus Prophetis desumpta; priora enim verba sunt ex Malachiae Cap. III. vers. 1. posteriora ex Isaiae Cap. XI. vers. 3. Hinc fortasse contigit, ut in Graeco, Arabe, & Copto habeatur: *Sicut scriptum est in Prophetis*, eo loci, ubi Vulgata legit: *in Isaia Propheta*. Haec tamen Vulgatae lectio certissimè praeferenda, tum quòd sic censuerit Sancta Catholica Mater Ecclesia, tum quòd eam sequantur Interpretes Syrus, Gothicus, Armenus, & Persa. Et quamvis S. Irenaeus cum Graecis legat, Vulgatae tamen consentiunt Origenes, & S. Athanasius, ac Hieronymus, quod etiam faciunt plures MSS. Codices Graeci.

(c) *Semitas Dei nostri.* Sic etiam Codex Majoris-Monasterii.

Col. 1028.

(a) *Tota regio Judaeae, & Hierosolymitae.* In Corbejensi: *Omnis regio Judaeae, & omnes Jerosolymitae.*

(b) *In Jordane.* Sic legere alios antiquos Codices consonantes Graeco Lucas Brugensis affirmat. Habet hoc etiam Syrus Interpres, & Persa, & Arabs.

Col. 1029.

(a) *In aqua.* Quidam veteres Codices apud Lucam Brugensem sic legunt cum Graeco, atque Copto. Sic etiam Exemplaria S. Gatiani Turonensis, & Majoris Monasterii.

Col. 1030.

(a) *Descendentem in eum.* Corbejensis habet: *Descendentem super illum, & manentem, & vox de coelis.* S. Ambrosius Exposit in Psal. 118. Serm. XII. legit: *Spiritum Sanctum descendentem de coelo sicut columbam, & manentem super eum.*

(b) *Filius meus dilectus, in te bene sensi.* Corbejensis lectio est: *Filius meus carissimus.* Reliqua Codices aliquot Graeci, & quidam MSS. legunt: *In te mihi bene* com-

complacui. S. autem Ambrosius haec Enarrat. Psal.43. ita exhibet: *Filius meus es tu: in te complacui*.

(c) *Et protinus Spiritus duxit illum &c.* Consonat Corbejensis, ubi sic: *Et protinus Spiritus tulit eum in deserto*. Alius verò S. Gatiani Turonensis: *Emisit eum in deserto*. Syrus, & Arabs, & Coptus vertunt: *Eduxit eum Spiritus in desertum*. Persa: *In desertum tulit*.

Col. 1031.

(a) *Quia impleta sunt tempora*. In Corbejensi: *Quoniam adimpleta sunt tempora, & appropiavit*.

Col. 1032.

(a) *Statim relictis omnibus*. Laudatus Codex ita reddit: *Protinus relictis omnibus*.

Col. 1033.

(a) *Et ipsos in navicula reficientes retias*. In eodem Exemplari legitur: *Et ipsos in navicula aptantes retia*.

Col. 1034.

(a) *Et consecuti sunt eum Simon*. Ibidem: *Et consecuti sunt eum Simon*. Graecus habet: *Et prosecuti sunt eum Simon*. Coptus autem: *Et secuti sunt eum Simon*.

Col. 1035.

(a) *Leprosus deprecans eum, & dicens, quia si vis potes me mundare*. Lectio praecitati Codicis est: *Leprosus deprecans eum, & dicens: Domine, si vis, potes me mundare. Et iratus &c.*

Col. 1036.

(a) *Extendens manum suam, & tangens illum, ait ei: Volo*. Idem Codex habet: *Extendens manum suam, & tangens eum dixit: Volo &c.*

(b) *Ostende te Sacerdoti*. Sic legit Arabs, & Graecus. Syrus, & Persa: *Sacerdotibus*; quidam verò Codices MSS. cum Vulgatae lectione consentiunt. Corbejensis habet: *Ostende te Sacerdotibus*.

Col. 1038.

(a) *Ut jam non posset capere usque ad januam*. In laudato Codice Corbejensi legitur: *Ita ut non caperet usque ad januam*.

Col. 1039.

(a) *Nudaverunt tectum, ubi erat Jesus, & dimiserunt grabatum, ubi paralyticus decumbebat*. Ibidem verò sic: *Nudaverunt tectum, ubi erat Jesus, & summiserunt grabatum, in quo jacebat paralyticus*. Syrus legit: *Abstulerunt umbraculum loci, in quo erat Jesus*.

Col. 1042.

(a) *Numquam taliter vidisse se*. Habet citatus Codex: *Numquam taliter vidimus*.

(b) *Jacobum Alphei*. Sic legit etiam Codex Cantabrigiensis Graeco-lat. aliique apud Domnum Calmet, consonatque Corbejensis.

(c) *Et factum est discumbentibus eis in domo illius*. In eodem Corbejensi Apographo: *Factum est discumbentibus illis in domo ejus*.

Col. 1043.

(a) *Multi, qui secuti sunt eum*. Ibidem : *Multi, & qui secuti erant eum*. Conjunctionem *&*, in aliis Latinis Codicibus desiderari docet Lucas Brugensis. Arabs habet : *Multi quoque secuti fuissent eum*.

Col. 1044.

(a) *Et publicanis edit*. Idem Corbejensis Codex omittit & ipse : *Magister vester*, quod in pluribus aliis omissum refert Lucas Brugensis. Origenes in Selectis in Psalmos Psal. 17. legit : *Manducas, & bibis cum peccatoribus*; perinde ac si Judaei non discipulos, sed Dominum ipsum fuerint allocuti. Verba *Magister vester* non habentur etiam in Syro, Graecoque.

(b) *In poenitentiam*. Hoc legit Exemplar quoque Majoris-Monasterii. Plura Graeca impressa addunt : *ad poenitentiam*, plura item Graeca MSS illud reticent. Sumpta videtur additio ex Matth. Cap. IX. v. 13. Etiam Interpres Arabs addit *ad poenitentiam*.

Col. 1046.

(a) *Alioquin rumpentur utres, & vinum, & utres peribunt*. In Corbejensi legitur : *Alioquin disrumpit vinum utres, & vinum, & utres peribunt*. Arabs habet : *Alioquin disrumpentur utres, & effundetur vinum*.

(b) *Et factum est iterum eum Sabbatis ambulare per segetem &c.* Eodem in Codice sic : *Factum est autem iterum eum Sabbatis transire per segetem. Discipuli verò ejus coeperunt &c.* Codices alios omittentes *Dominus* cum Graecis refert Lucas Brugensis. *Eum Sabbatis* legit Exemplar S. Gatiani Turonensis, quemadmodum & alius Majoris-Monasterii. Desideratur *Dominus* etiam in Syro, Arabe, atque Persa.

Col. 1047.

(a) *Vellere spicas, & edere*. In Corbejensi Codice habetur : *Vellere spicas, & manducare*. Legit Arabs : *Defricare spicas, & comedere*.

(b) *Ecce quid faciunt Discipuli tui Sabbatis, quod non licet illis*. Lectio ejusdem Codicis est : *Ecce quid faciunt Sabbatis discipuli tui, quod non licet illis*. Alii boni Codices ex Luca Brugensi addunt hic : *Discipuli tui*. Sic & Codex S. Gatiani Turonensis : *Quid faciunt discipuli tui Sabbathis, quae non licet eis facere*. Coptus Interpres, & Persa addunt & ipsi : *Discipuli tui*.

(c) Hoc loco Vulgata legit : *Sub Abiathar principe Sacerdotum*. Verba haec desiderantur in Codice nostro, quemadmodum etiam in Cantabrigiensi.

Col. 1048.

(a) *Dico autem vobis, quoniam Filius hominis Dominus est etiam ipsius Sabbati*. Habet Corbejensis : *Dico autem vobis : Filius hominis Dominus est etiam Sabbathi*.

(b) *Et cùm audissent &c.* Haec additio in nullo, quem viderim, Codice occurrit hoc loco.

Col. 1050.

(a) *Et circumspiciens eos cum iracundia &c.* Legit Corbejensis : *Circumspiciens eos cum indignatione, contristatus est super illum, & emortua illorum corda, dixit homini &c.* Alios antiquos Codices legentes, ut in nostro, *super coecitatem*, vidit Lucas Brugensis. Graecus legit : *super callo cordis eorum*.

Et

(b) *Et restituta est manus ejus sicut & alia &c.* In praelaudato Apographo Corbejensi habemus : *Et restituta est manus ejus statim* . In aliis etiam Apographis *ejus* hoc loco legi monet idem Brugensis . Exemplar Turonense S. Gatiani habet: *Manus illius sanitati , sicut altera* . Graecus : *Restituta est manus illius sana ut altera* .

Col. 1051.

(a) *Ut perderent illum* . Consentit Corbejensis legens : *Ut illum perderent* . Graecus: *Ut eum perderent* . Syrus : *Ut perderent eum* .

Col. 1052.

(a) *Immundos* . Consonat Exemplar Majoris-Monasterii , alioque in Codice idem invenit Lucas Brugensis . Syrus legit : *Plagas Spirituum immundorum* .

Col 1054.

(a) *Et circumirent praedicantes Evangelium* . Haec additio in Codicibus S. Gatiani Turonensis , & Majoris-Monasterii ita concepta est : *Et ut circumeuntes praedicarent Evangelium* .

(b) *Petrum* . Sic etiam praedicti Codices, aliusque MS. apud Lucam Brugensem conformiter Graeco .

Col. 1055.

(a) Etiam in Corbejensi pro *Taddaeum*, legitur *Lebbaeum* .

(b) *Quod ut audierunt &c.* Ibidem habetur : *Et cùm audissent de eo Scribae , & Praeteri* (sic) *exierunt tenere eum , dicebant enim , quoniam exsentiat eos* .

Col. 1057.

(a) *Et si Satanas Satanan eicit*. Legit laudatus Codex Corbejensis : *Et si Satanas Satanam expellit , dividitur super regnum ejus , non potest stare , sed finem habet* . Quosdam alios bonos Codices, in quibus conformiter Graeco , & Syro *potest*, pro *poterit* habemus , Lucas Brugensis affert .

Col. 1058

(a) *Non habet remissionem* . Graeci quoque sic legunt pro *habebit* , consentiuntque Exemplaria quaedam apud eundem Brugensem . Codex verò S. Gatiani Turonensis sic citat : *Non habet in se remissionem neque in hoc saeculo , neque in futuro , sed &c.* S. Cyprianus in Epist. X. ad Clerum integrum locum ita exhibet : *Omnia peccata remittentur filiis hominum , & blasphemiae* . *Qui autem blasphemaverit Spiritum Sanctum non habet remissam , sed reus est aeterni peccati* .

Col. 1059.

(a) *Ecce mater tua , & fratris &c.* In Corbejensi : *Ecce mater tua , & fratres tui , & sorores tuae foris quaerunt te* .

(b) *Et qui sunt fratres mei ?* Sic & Exemplar Majoris-Monasterii .

Col. 1060.

(a) *Ita ut in naviculam ascenderet &c.* Legitur in Corbejensi : *Ita ut in navem ascendens sederet proximè littus , & turba stabat in littore* . Bonos alios Codices, in queis additur praepositio *in* se vidisse ait Lucas Brugensis , quae etiam legitur Graecè , Syriacè , Arabicè , Copticè , & Persicè . Origenes in Serie Comment.

in Matth. num. 9. ſic citat: *Coepit iterum docere ad mare; & congregatus eſt ad eum populus multus, ut intrarent in navem, & ſederet in mari, & totus populus ſecus mare in terris erat: & docebat eos in parabolis multa, & dicebat eis: Exiit qui ſeminat ſeminare.*

Col. 1062.

(a) *Sole autem orto.* Ita Codex S. Gatiani Turonenſis cum noſtro conſentiens. Graecus legit: *Sole autem exoriente.*

(b) *In ſpinis, & creverunt ſpinae.* Idem Exemplar conſonat.

Col. 1063.

(a) *Et qui intellegit intellegat.* Hujuſmodi additio reperitur etiam in Apographo Corbejenſi in haec verba: *Et intelligens intelligat.*

(b) *Et cùm eſſet ſeorſum interrogabant eum diſcipuli ſui &c.* Eodem in Codice legitur: *Interrogabant eum diſcipuli ejus, quae eſſet haec parabola.* Origenes loco citato ita reddit: *Et cùm facti fuiſſent ſecreti, interrogabant eum diſcipuli, quae eſſet parabola haec.* Interpres Perſa ſic: *Cùm privatim eſſent ab eis, qui cum eo erant, diſcipuli mentem illius parabolae ab eo quaeſierunt.*

Col. 1081.

(a) Hìc in Corbejenſi quoque deſideratur: *nomine Jairus.*

Col. 1082.

(a) *Ut venias, & imponas &c.* In eodem Exemplari ita hic locus effertur: *Veniens tange eam de manibus tuis, ut ſalva ſit, & vivat.* Syrus legit: *Peto, ut manum illi imponas, ut integra, & ſana ſit.* Interpres Arabs: *Sed venias, & ponas manum tuam ſuper eam, & ſalva erit, ac vivet.*

Col. 1083.

(a) *Dicebat enim intra ſe: vel ſi veſtimentum illius tetigero, ſalva ero.* Laudatum Exemplar habet: *Dicens intra ſe: vel ſi veſtimentum ejus &c.*

Col. 1084.

(a) *Et circumſpiciebat videre eam, quae hoc fecerat.* Similia ferè ſunt, quae Corbejenſis habet: *Et circumſpiciebat Jeſus videre, quae hoc fecerat.*

Col. 1085.

(a) *Et tremens ab hoc quod fecerat &c.* Idem Codex legit: *Et tremens, quod fecerat occultè ſciens factum, ipſa venit, & procidit.*

Col. 1087.

(a) *Et videt tumultum plorantium &c.* Ibidem legitur: *Et vidit flentem turbam, & lamentantem multum.*

Col. 1088.

(a) *Tabitha.* Multos alios ſic legere Codices, ſed perperam, aſſerit Lucas Brugenſis. Cum noſtro etiam conſentiunt Exemplaria tam S. Gatiani Turonenſis, quàm Majoris-Monaſterii, & Verſio Copta.

(b) *Juſſit*, pro *dixit* in aliis quoque Codicibus idem Brugenſis legi monuit. Coptus legit: *Praecepit.*

Col. 1090.

Col. 1090.

(a) *Fabri filius*. Ita in Exemplaribus S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii, concordantibus etiam quibusdam Apographis Graecis. Arabs legit: *Filius lignarii*. Coptus verò: *Filius fabri*.

(b) *Josetis*. Graecis legentibus *Jose* Interpres noster patrium casum expressit verbo *Josetis*. Syrus habet: *Josis*, prout etiam Arabs.

Col. 1092.

(a) *Nec nummos in zonam*. Habet Corbejensis: *Neque nummos in zonis: sed calceatos galliculas, & ne induerentur duas tunicas*.

Col. 1093.

(a) *Amen dico vobis: remissius erit &c.* Haec verba usque ad versiculi finem addita desiderantur in Vulgata; leguntur tamen in Graeco Textu desumpta ex Evangelio Matthaei Cap. X. v. 15. In optimis autem MSS etiam Graecis non habentur. Tamen Origenes in Genesim Homil. IV. post citatum praecedentem versiculum in haec verba: *Si qui non receperint vos, etiam pulverem, qui adhaesit pedibus vestris, excutite in testimonium illis*; statim prosequitur: *Amen dico vobis quia tolerabilius erit terrae Sodomorum, & Gomorraeorum in die judicii, quàm illi civitati*. Syrus addit: *Equidem dico vobis minùs fore Sodomae, & Gomorrae in die judicii, quàm civitati illi*. Persa: *Verum equidem vobis dico, in die judicii Sodomae, & Gomorrhae levamen erit, illi autem civitati non erit*. Arabs sic: *Amen dico vobis, quod Sodomae, & Gomorrae erit quies die judicii potius quàm illi civitati*. Coptus: *Amen dico vobis, quod invenient remissionem Sodoma, & Gamora in die judicii prae istbac civitate*.

Col. 1094.

(a) *Dicebant* plurali numero. Sic etiam expressè legere Ven. Bedam, Sanctum Augustinum, atque S. Thomam Lucas Brugensis asserit.

(b) *Alii autem dicebant, quia Elias est &c.* Corbejensi in Apographo sic habemus: *Alii autem dicebant, quod Helias venit, alii verò quod unus de Prophetis*.

Col. 1096.

(a) *Natali suo*. Testatur Lucas Brugensis aliis etiam in Codicibus, quemadmodum & in Graeco legi: *In natali suo*. Habetur quoque in quibusdam Graecis: *Natalitiis suis*. Syrus legit: *In suis natalibus*.

Col. 1097.

(a) *Et juravit illi multum*. Corbejensis verò sic: *Et juravit illi multa, quia quodcumque petieris &c.*

Col. 1099.

(a) *Mittens speculatore*. Codex S. Gatiani Turonensis habet: *Misso statim speculatore*. Alium Codicem legentem *Speculatore* affert Lucas Brugensis, cui haec lectio magis probatur, quam *Spiculatore*. Non recedendum quidem nobis est a Vulgatae lectione, ut Ecclesiae Matris nostrae legibus pareamus, verumtamen Graecè hoc loco habemus Σπεκουλάτορα. In veteribus quoque Codicibus Taciti, & Svetonii MSS. *Speculatores* legimus, non *Spiculatores* ad carnifices indigitandos; & Julius Firmicus Lib. VIII. Cap. XXVI. habet: *Speculatores faciet, qui nudato gladio hominum amputent cervices*. Carnifices sanè e Speculatorum numero

numero olim desumi consuevisse asseruere Cujacius, Turnebus, & alii Viri eruditissimi, existimantes eos non a *spiculis*, sed a *speculis* in queis stare consueverant, sic fuisse appellatos; Torrentius praecipuè in Svetonii locum Claud. 35. *Neque convivia inire ausus est nisi ut spiculatores cùm lanceis circumstarent*; & in alium ejusdem Svetonii Galb. 18. *Descendeutem spiculator impulsu turbae lanceâ propè vulneravit*, scribendum censet per *e*, non per *i*.

(b) *Et attulit caput super discum*. In Corbejensi Apographo habemus: *Adtulit caput ejus in lance*.

Col. 1100.

(a) *Omnia quaecumque fecerunt, & docuerunt*. Exemplar Majoris-Monasterii legit: *Quaecumque egerant*. Syrus: *Quaecumque fecerant, & quaecumque docuerant*. Persa: *Quaecumque fecissent, & docuissent*.

Col. 1101.

(a) *Venerunt*. Vulgata reddit: *Praevenerunt eos*: Haec verba desunt in Cantabrigiensi quoque, & aliis.

Col. 1102.

(a) *Et hora jam multa*. Consonat lectio Corbejensis, ubi: *Et hora jam multa est*. Graecus item legit: *Et jam hora multa*.

(b) *Emant sibi quod manducent*. Eadem occurrunt in memorato Apographo Corbejensi.

Col. 1103.

(a) *Quinque panes*. Ita etiam Codices S. Gatiani Turonensis, & Majoris-Monasterii. Ita quoque Syrus, & Persa.

Col. 1108.

(a) *Cor illorum obtusum*. Concordat cum Graeco, quod Latinè reddi potest *induratum, insensibile, stupidum*. At Corbejensis Codex legit: *Erat enim cor eorum collusum*. Syrus: *Cor eorum crassum erat*. Coptus: *Obumbratum erat cor eorum.*

(b) *Gennezaret, cum exissent &c.* Addit Vulgata post *Genezareth*; *& applicuerunt*. Haec sicut in nostro desiderantur etiam in laudato Apographo Corbejensi, in Syro, & Persa.

Col. 1109.

(a) *Circumeuntes autem &c.* In ipso Codice Corbejensi ita locus hìc redditus invenitur: *Et circumcurrentes universam regionem, coeperunt in grabbatis ferre omnes malè habentes, circumferebant autem eos ubicumque audiebant Jesum esse*.

Col. 1111.

(a) *Nisi momento laverint &c.* Ibidem legitur: *Nisi pugillo laverint manus*.

(b) *Et a foro cùm venerint, nisi baptizati fuerint, non edunt*. Idem Codex Corbejensis habet: *Et a foro cùm venerint, nisi baptizentur, cibum non accipiunt*.

Col. 1112.

(a) *Quare discipuli tui non secuntur secundum traditionem seniorum, sed immundis manibus edunt panem?* Legitur in supradicto Apographo: *Quare discipuli tui non sequuntur traditionem seniorum, sed non lotis manibus manducant panem?*

Col. 1113.

(a) *Vanè autem colunt me, docentes doctrinas &c.* In citato Exemplari Corbejensi habemus hoc loco: *Vanò autem colunt me, docentes doctrinas, praecepta hominum, baptizantes urceos, & calices, & alia similia, quae multa facitis, derelinquentes praecepta Domini, tenentes traditiones hominum.* Graecus habet: *Frustra autem colunt me, docentes doctrinas, praecepta hominum.* Coptus: *Et frustra colunt me, & docent constitutiones, mandata hominum.*

Col. 1114.

(a) *Ut traditionem vestram statuatis.* Eadem est lectio memorati Apographi. S. Cyprianus in Epist. XXXIX. ad Plebem sic habet: *Rejicitis mandatum Dei, ut traditionem vestram statuatis.*

Col 1115.

(a) *Per traditionem vestram stultam quam tradidistis.* Eadem omnino laudatus Corbejensis Codex habet.

Col. 1117.

(a) *Quae de homine exeunt illa coinquinant hominem.* Etiam Exemplar S. Gatiani Turonensis legit: *coinquinant*, quod in aliis quoque MSS. Lucas Brugensis animadvertit. Consonat Syrus habens: *Quod exit ab eo illud contaminat hominem;* & Persa: *Illud quod ab interiore hominis egreditur, illud est quod eum polluit.* Coptus quoque, ubi: *Quid exit e corde hominis, hoc pollutum reddit hominem.* Arabs omnino cum nostro consonat, habet enim *coinquinat.*

Col. 1119.

(a) *Abiit in finibus Tyri. Et cùm intrasset &c.* In Corbejensi quoque deest *Sidonis*. Omisit etiam Origenes, nam Comment. in Matth. Tom. XI. num. 16. qui inscribitur de Chananaea, sic legit: *Surgens abiit in fines Tyri; & ingressus domum neminem voluit scire.*

(b) *Mulier autem erat Graeca.* Consonat Corbejensis, in quo sic: *Erat enim Graeca, Syrophoenissa genere.* In Graeco sic: *Erat autem mulier Graeca, Syrophoenissa genere.* In Arabe quoque: *Graeca Syriaca.* Vide quae diximus in Notis ad Col. 451. & 520.

Col 1120.

(a) *Edent.* In Codice S. Gatiani Turonensis legitur: *Edunt.*

Col 1121.

(a) *Inter medios fines Decapolis.* Lectio Apographi Corbejensis est: *Ad mare Galilaeae, ac inter medios fines Decapolis.* Persa legit: *In confinia Decapolis.*

Col. 1122.

(a) *Et loquebatur disertè.* Ibidem sic: *Et loquebatur confidenter.* Syrus habet: *Et locutus est facillimè.* Arabs: *Locutus est planè.*

Col. 1123.

(a) *Surdos facit audire.* Codex S. Gatiani Turonensis legit utroque loco *facit*. Graecus quoque habet: *Surdos facit.* At Corbejensis sic: *Et surdis praestat auditum, & mutis loqui.* Syrus ita: *Surdos facit ut audiant, & non loquentes ut loquantur.*

Col. 1124

Col 1124.

(a) *Misereor turbae huic*. Sic legit etiam Codex Turonensis, ubi recentiore manu additum: *Super turbam*.

(b) Hic Codex Corbejensis habet: *Et dimittere eos jejunos in domum nolo*.

Col. 1126.

(a) *Ad quatuor millia hominum*. Idem Corbejensis consonat omnino. In aliis etiam Apographis reperiri *manducaverunt* testem habemus Lucam Brugensem.

(b) *In partes Magedan*. Hujus loci nomen sic exprimit etiam Evangelium Matthaei Cap. XV. v. 39. & plures MSS Apographi Graeci teste Domno Augustino Calmet. In Corbejensi legitur *Magedam*; ut olim exprimebant plures Codices a Sanctis Hieronymo, & Augustino visi monente Luca Brugensi. In Interpretatione Arabica adhuc habemus: *Et venit in partes Magdal*.

Col. 1128.

(a) *Cavete a fermento Pharisaeorum*. In Corbejensi habemus: *Videte a fermento Pharisaeorum*. Syrus sic: *Videte, cavete a fermento &c.* Arabs: *Videte, & discernite fermentum Pharisaeorum*.

(b) *Cogitabant ad alterutrum quod panes non haberent*. Idem Exemplar consonat.

(c) *Quid cogitatis in cordibus vestris*. Id etiam in Corbejensi legitur. Coptus habet: *Quid ratiocinamini in cordibus vestris*.

Col 1129.

(a) *Nondum intelligitis, nec perspicitis, obtusum est cor vestrum*. Consentit praedictus Codex; habens tamen in fine: *Sic obtusa sunt corda vestra*.

Col. 1130.

(a) *Et venerunt in Bethania, & offerunt ei coecum*. In eodem Corbejensi Apographo sic: *In Bethania, & afferunt illi coecum*. Graecus legit: *Et ferunt ei coecum*. Arabs: *Et obtulerunt ei coecum*.

Col. 1131.

(a) *An aliquid videret*. At Codex S. Gatiani Turonensis sic exhibet: *Si aliquid videret*.

Col. 1134.

(a) *Coepit objurgare eum*. Corbejensis quoque ita legit. Syrus etiam ita: *Et semovit eum Cepha; coepitque eum objurgare*. Quae verò sequuntur verba Petri quosdam alios habere Codices Lucas Brugensis advertit.

Col. 1135.

(a) *Abneget se ipsum*. Exemplar S. Gatiani Turonensis hìc habet: *Deneget se ipsum*.

Col. 1137.

(a) *Quidam hìc stantes mecum*. In Corbejensi Apographo legitur: *Quidam hìc circumstantium me*. Syrus vertit: *Sunt quidam hìc adstantes*. Coptus: *Sunt hìc stantes*. Persa: *Hìc quidam stantes sunt*.

Col. 1138.

(a) *Adsumpsit Jesus Petrum &c.* Quosdam alios Codices legere: *Assumpsit*, affirmat Lucas Brugensis.

In

(b) *In montem altum seorsum &c* In Corbejensi habemus : *In montem altissimum secretò solus , & transfiguratus &c.* Alius Codex S. Gatiani Turonensis cum Corbejensi consonat , sed habet *seorsum solus* ; quod in aliis Exemplaribus Lucas Brugensis observavit . *Adsumpsit* occurrit in Versione Arabica , & Persica , Coptus legit : *accepit* .

(c) *Facta sunt fulgentia candida valde* . Turonensis S. Gatiani legit tantùm : *Candida velut &c.* Inter utrumque adjectivum & omittere quosdam Latinos , & Graecos omnes ex praefato Brugensi novimus . Origenes Commentarior. in Matthaeum Tom. XII. n. 39. hanc profert lectionem : *Vestimenta ejus fiunt splendentia , & candida nimis velut lumen , qualia fullo non potest super terram candida facere* . Graecus : *Vestimenta ejus facta sunt coruscantia , candida valde velut nix , qualia fullo super terram non potest dealbare* .

Col. 1139.

(a) Conjunctionem & ante *Faciamus* quibusdam in Codicibus desiderari Brugensis docet .

Col. 1141.

(a) Quae Codex noster habet hoc loco verba *Christi Domini* totidem exhibet Graecus Textus .

Col. 1142.

(a) *Ut viderunt eum* . In aliis optimis MSS. *eum*, pro *Jesum*, consentientibus Graeco & Syro reperit Lucas Brugensis .

Col. 1145.

(a) *Omnia possibilia credenti* . Idem Brugensis *sunt* quod hìc omittitur , aliis quoque in Exemplaribus , atque Graeco desiderari monet .

Col. 1152.

(a) *Et poterit malè loqui de me* . Consonat omnino Codex Corbejensis .

Col. 1153.

(a) *In Gehennam in ignem inextinctibilem* . Idem Codex legit : *Mitti in gehennam ; ubi ignis inextinguibilis* .

Col. 1154.

(a) *Ubi vermis illorum non morietur , & ignis non extinguetur* . Haec eadem est lectio in Codice Corbejensi. Non absonat Versio Copta sic : *Ubi vermis eorum non requiescet , & ignis ejus non extinguetur* . Ita etiam haberi in Codice D. Donatiani asserit Lucas Brugensis, prout etiam legitur in Propheta Isaia Cap LXVI. v. 24. Et S. Cyprianus hanc lectionem sequitur in Epistola ad Demetrianum , addens verbis praemissis : *Et erit ad visionem universae carni* . In Propheta enim loco citato post eadem verba legitur : *Et erunt usque ad satietatem visionis omni carni* .

Col. 1156.

(a) *Omnis hostia insalabitur*. Legit Corbejensis : *Omnis enim victima sale salietur*. Sed & ipse omittit : *Omnis enim igne salietur*. Syrus habet : *Omne sacrificium sale salietur*. Arabs : *Omnis victima salietur sale*. Coptus : *Omne quod mactatum erit salietur*.

Col. 1157.

(a) *Et interrogabant eum ; si licet &c.* Vox *Pharisaei* desideratur in eodem Codice Corbejensi.

Col. 1158.

(a) *Adhaerebit uxori suae*. Sic legit & Codex Turonensis S. Gatiani, & Syrus, & Arabs, & Coptus.

(b) *Homo non disseparet*. Legit Corbejense Exemplar : *Homo non disjungat*.

Col. 1159.

(a) *Et si mulier discesserit a viro, & alio nupserit, adulterium committit super illum*. Lectio Corbejensis est : *Et si mulier exeat a viro, & alii nupserit, moechatur super illum ; & qui dimissam ducit moechatur*.

Col. 1161.

(a) *Et proficiscente eo procurrens &c.* Idem Codex sic : *Procurrens quidam, adgeniculans ante eum*. Graecus legit : *Et egrediente eo in viam*. Coptus : *Et proficiscente illo in via*.

(b) *Dicens*; cum Syro ita bonos aliquot Codices habere Lucas Brugensis admonuit. Addit Syrus : *& dicebat*. Persa : *& dixit*. Coptus cum nostro habet : *dicens*.

Col. 1164.

(a) *Et ille contristatus in hoc verbo abit tristis, erat enim habens magnam pecuniam*. Legitur in Corbejensi : *Ille autem contristatus est in hoc verbo, & recessit, & abiit tristis ; erat enim habens multas possessiones, & pecunias*.

(b) *In regno Dei intrabunt &c.* Eodem in Apographo hoc loco legitur : *In regnum Dei introibunt ? Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm divitem in regnum Dei*.

Col. 1165.

(a) *Discipuli autem ejus pavebant in verbis ejus*. Consentit idem Codex, ubi : *Discipuli verò ejus pavebant*.

Col. 1166.

(a) *Apud homines quidem impossibile est, apud Deum autem possibile est*. Reperitur in eodem Codice Corbejensi : *Apud homines impossibile est, apud Deum autem possibile*.

Col. 1167.

(a) *In tempore hoc &c.* Ibidem : *Nunc in hoc tempore. Qui autem reliquerit domum, & sorores, & fratres, & matrem, & filios cum persecutionibus, in venturo vitam*

aeternam

aeternam accipiet. S. Cyprianus Teſtim. Lib. III. locum hunc ſic affert: *Amen dico vobis, nemo eſt qui relinquat domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat ſepties tantùm in iſto tempore, in ſaeculo autem futuro vitam aeternam*. Syrus legit: *Nunc tempore iſto*. Perſa: *Hoc ſaeculo*. Arabs: *In hoc tempore*. Coptus: *In hoc mundo*.

Col. 1168.

(a) *Et praecedebat eos Jeſus, & pavebant*. Habemus eodem in Apographo Corbejenſi: *Praecedebat illos Jeſus, & pavebant ſequentes*. Syrus verò legit: *Ipſe Jeſus anteibat eis, & percellebantur, ibantque poſt eum timentes*. Perſa: *Jeſus illos praeibat: diſcipuli autem attoniti facti erant, & eum pavidi ſequebantur*. Arabs: *Jeſus praecedebat eos; & erant ipſi, & qui ſequebantur eum, pavidi*. Coptus: *Et praecedente eos Domino Jeſu mirati ſunt: & illi qui ſequuti ſunt eum, timuerunt*.

Col. 1169.

(a) *Ut quidquid petierimus te facias nobis*. Idem Exemplar Corbejenſe reddit: *Ut quodcumque petierimus te, praeſtes nobis*. Perſa legit: *O Praeceptor, quicquid a te petimus, & in votis habemus, nobis da*. Arabs: *Magiſter volumus, ut des nobis quod petemus a te*. Coptus: *Magiſter, volumus ut facias nobis quod petierimus a te*.

Col. 1170.

(a) *Et unus ad ſiniſtram tuam*. Ita etiam Codex S. Gatiani Turonenſis. *Unus* occurrit etiam in Graeco, & Copto.

(b) *Quem ego bibiturus ſum?* Aequè legitur ibidem; & in Veteri Interpretatione Origenis Comment. in Matth. Tom. XVI. n. 5. Arabs Interpres legit *bibam*.

Col. 1171.

(a) *Non eſt meum dare: aliis paratum eſt a Patre meo*. Conſonat lectio Corbejenſis. *Vobis* omittitur in Conſtantienſi MS. aliiſque nonnullis Codicibus, quibus Syrus, Graecuſque ex Lucae Brugenſi conformes ſunt. Deſideratur etiam in Verſionibus Perſica, & Arabica.

Col. 1172.

(a) *Invitus habere*. Corbejenſis habet: *Indignè ferre*.

Col. 1173.

(a) *Filius Timei*. Ibidem legitur: *Filius Thimeae*. Syrus reddit: *Filius Timai*. Arabs: *Filius Timai*. Origenes Comment. in Matth. Tom. XVI. n. 12. initium verſus ſic exhibet: *Et venit Jericho: & inde eo proficiſcente, & diſcipulis ejus, & plurima multitudine*. Idem in Veteri Interpret. eodem loco ſic: *Et venit in Hiericho: & exeunte eo inde, & diſcipulis ejus, & turba multa*.

Col. 1174.

(a) *Juſſit*. Habent hoc & alii Codices quidam ex Lucae Brugenſis teſtimonio: Sic legit & Perſa. Quod ſequitur: *Fortis eſto, ſurge, vocat te*. Haec verba Origenes loco cit. ita reddit: *Bono animo es, ſurge, vocat te*.

Col. 1176.

(a) *Pullum asinae*. Idem Brugensis hanc in aliis Codicibus lectionem invenit. Persa reddit: *Pullum asininum*. Verba verò illa: *Super quem nemo hominem sedit*. S. Ambrosius Comment. in Lucam Lib. IX. sic effert: *Quem nemo adhuc sedit hominum*.

Col. 1177.

(a) *Ante januam foris in platea*. Habet Corbejensis: *Foris in transitu, & solverunt eum*. Syrus legit: *Juxta portam foris in platea*. Persa: *In platea foris ligatum*. Arabs: *Propè januam foris in via*. Coptus: *Ad portam in transitu*.

Col. 1178.

(a) *Et straverunt illi vestimenta sua*. In Apographo S. Gatiani Turonensis habetur: *Instraverunt*.

Col. 1184.

(a) *Credite quia accipietis, & erint vobis*. Exemplar Corbejense legit: *Credite quoniam accipietis, & erit vobis*. S. Cyprianus Testim. Lib. III. sic habet: *Omnia quaecumque oratis, & petitis, credite quia accipietis, & erunt vobis*. Graecus habet: *Credite quia accipietis, & erunt vobis* Arabs: *Credite vos consequturos: & erit vobis*. Ea verò quae sequuntur idem S. Martyr hoc modo reddit de Unitate Ecclesiae: *Et cùm steteritis ad orationem, remittite si quid habetis adversùs aliquem, ut & Pater vester, qui in coelis est, remittat vobis peccata*. Et de Orat. Dominica: *Si autem vos non remiseritis, neque Pater vester, qui in coelis est, remittet vobis peccata vestra*. Origenes Commentar. in Matth. Tom. XV. n. 25. legit primam partem sic: *Si stabitis ad orandum, credite quia accipietis, & evenient vobis*.

Col. 1187.

(a) *Dicet nobis quare ec.* Etiam Syrus addit hoc loco *nobis* monente Luca Brugensi. Addit & Persa, & Arabs, & Coptus.

Col. 1188.

(a) *Et fodit torcular*. Eadem occurrunt in Apographo Corbejensi. Consonat quoque Syrus, & Persa, & Arabs, & Coptus.

Col. 1190.

(a) *Forsitan Filium meum &c.* Idem habetur in citato Exemplari. S. Ambrosius de Fide Lib. V. Cap. XVII. locum sic citat: *Misit unicum Filium suum dicens: verebuntur Filium meum*. Occurrit in Persa quoque: *Forsan a Filio meo pudorem habebunt*. In Syro ita: *Forsitan reverebuntur Filium meum*; quod reddit etiam Arabs.

Col. 1191.

(a) *A Domino factus est hic*. Sic in laudato Corbejensi Codice legitur:

Col 1192.

(a) *Mirabilis in oculis nostris*. Et hìc similia refert Corbejensis.

Col. 1193.

(a) *Doces. Hic ergo nobis &c.* Ita etiam in Codice Turonensi S. Gatiani. Arabs addit: *Indica nobis*.

(b) *Dare*. Activè legi monet Lucas Brugensis in Graeco quoque. Idem occurrit in Syro, Arabe, & Copto.

(c) *Simulationem*: habent hìc ex memorato Brugensi etiam alii Codices. Syrus habet *fraudem*. Persa legit: *Malitiâ internâ eorum intellectâ*. Arabs: *Simultatem*. Coptus: *Astutiam*. Graecus: *Hypocrisim*.

Col. 1195.

(a) *Erant autem aput nos VII. fratres*. Legit Turonense Exemplar S. Gatiani: *Erant apud nos*.

Col. 1199.

(a) *Audi Israel Dominus Deus noster unus est*. Meliores Codices Lucae Brugensis cum Graeco, & Syro habent hìc: *Dominus Deus noster, Dominus unus est*. Hanc sequitur etiam S. Hilarius de Trinit. Lib. IX.

(b) *Ex totis viribus tuis*. At Corbejensis lectio est: *Ex omnibus viribus tuis*. S. Hilarius loco cit. integrum sic profert locum: *Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis visceribus tuis, & ex tota virtute tua. Hoc est primum mandatum. Secundum simile illi: Diliges proximum tuum tamquam te ipsum. Majus autem horum mandatum non est*. At S. Justinus Martyr in Apologia I. n. 16. sic citat: *Maximum mandatum est: Dominum Deum tuum adorabis, atque illum solum coles ex toto corde tuo, & ex tota fortitudine tua: Dominum Deum tuum, qui fecit te*.

Col. 1201.

(a) *Ampliùs illum interrogare*. Addunt *Amplius* alia quaedam antiqua Exemplaria, ut Lucas Brugensis animadvertit. Idem habemus in Versione Copta.

Col. 1202.

(a) *Audiebat illum libentissimè*. Idem Brugensis in aliis veteribus Codicibus legit: *audiebat* consonante Graeco. Syrus: *Audiebat eum perjucundè*. Arabs: *Audiebat eum cum delectatione*. Coptus: *Jucundè audiebat eum*.

(b) *Domos viduarum, & pupillorum*. Habet Corbejensis: *Domos viduarum, & orphanorum*.

Col. 1203.

(a) *Occasione longa orantes, hi accipient amplius poenae*. In eodem Codice habemus: *Occasione longa orantes, hi accipient majus judicium*. Graecus legit: *Et specie longa orantes: hi accipient abundantius judicium*. Syrus: *Occasione quod prorogent preces suas: isti recepturi sunt judicium majus*.

Col. 1204.

(a) *Omnes enim ex eo quod superfuit &c.* Consentit Graecus Textus legens : *Omnes enim ex redundante sibi injecerunt* . Syrus habet : *Cuncti siquidem ex eo quod sibi ipsis redundat conjecere* .

Col. 1205.

(a) *Qui non destruatur . Et post triduum &c.* Etiam Corbejensis Codex addit : *Et in triduo illud resuscitetur sine manibus* . Versus autem integer sic est apud S. Cyprianum Testim. Lib 1. *Non relinquetur in Templo lapis super lapidem , qui non dissolvatur* ; tum paulò post additamentum habet Codicis nostri his verbis conceptum : *Post triduum aliud excitabitur sine manibus* .

Col. 1206.

(a) *Interrogabant illum secretò* . In Apographo Corbejensi legitur: *Interrogaverunt eum secretò* . Graecus legit : *privatim* , quod etiam habet Persa , & Coptus .

Col. 1207.

(a) *Oportet enim fieri* . Antiqui Codices MSS. Lucae Brugensis aequè ac nostrum , conformiter Graeco , omittunt verbum *haec* . Persa quoque omittit *haec*, nam legit : *Eò quod omnimodo futurum est* .

Col. 1208.

(a) *Deinde vos ipsos tradent* . Corbejensis reddit : *Deinde vosmetipsos tradent* .

(b) *Et cùm adducent vos tradentes* . Ibidem sic : *Cùm autem perduxerint vos , nolite cogitare* . Graecus vertit : *Cùm autem duxerint vos tradentes* . Syrus : *Cùm autem tradendos vos adducent* . Persa : *Cùm vos attraxerint, & tradiderint* .

Col. 1210.

(a) *Stare ubi non oportet* . Consonat Corbejensis, nam legit: *Stantem ubi non oportet* ; quae lectio est etiam in Graeco. Syrus habet : *Stans ubi non oportet* . Persa : *In eo loco , quo non oportet* . Coptus : *Ubi non oportet* .

(b) *Tunc qui fuerint in Judaea fugiant in montibus* . In eodem Apographo sic : *Qui in Judaea sunt fugiant in montibus* .

Col. 1212.

(a) *Et nisi Dominus breviasset dies propter electos suos* . Legitur ibidem : *Et nisi breviasset Deus dies propter electos suos* .

Col. 1214.

( ) *Scitote quia prope est in januis* . Lectio Corbejensis est : *Quoniam in proximo est in januis* .

Col. 1216.

(a) *Dedit servis suis potestatem, unicuique opus suum*. In eodem Apographo habetur: *Dans servis suis potestatem unicuique opus suum*. Graecus legit: *Dans servis suis auctoritatem , & cuique opus suum* . Syrus : *Dedit potestatem servis suis , & unicuique opus suum* . Persa : *Et servis suis mandata dedit , & unicuique opus suum assignavit* . Arabs : *Deditque servis suis potestatem , unicuique opus suum* .

Col. 1217.

Col. 1217.

(a) *Ego autem dico vobis vigilate. Erat autem &c.* Habet citatus Corbejensis Codex: *Ecce autem vobis dico, vigilate. Erat autem futurum Pascha post biduum.* Coptus haec tantùm legit: *Et ecce dico vobis omnibus, vigilate. Et usque duos dies &c.* Quod additur in Vulgata: *Quod autem vobis dico, omnibus dico: Vigilate;* sic reddit S. Optatus Milevitanus de Schism. Donatistar. Lib. I. *Quod uni ex vobis dico, omnibus dico.*

(b) *Dicebant enim.* Alii quoque plerique Codices *enim*, pro *autem*, testante Luca Brugensi exhibent. Syrus legit: *Dicebantque.* Persa: *Ac dicebant.* Arabs, & Coptus: *Et dicebant.*

(c) *Tumultus fit populi.* In Corbejensi: *Tumultus oriretur populi.* Idem Brugensis alios sic legentes Codices citat. Sic est in Graeco. Syrus verò habet: *Ne fiat tumultus in populo.* Arabs: *Nè fortè fiat rumor in populo.* Persa: *In festo ne fiat, quia in populo tumultus accideret.* Coptus: *Non in festo, ne conturbentur populi.*

Col. 1219.

(a) *Habebitis.* Eandem sequitur lectionem Turonense Exemplar S. Gatiani.

Col. 1220.

(a) *Et Juda Scarioth.* Advertit Lucas Brugensis veteres alios Codices nonnullos, ubi *Scariotes* legitur, non praeposita litera *I*.

Col. 1222.

(a) *Ostendet locum medianum stratum in superioribus magnum.* Origenes in Serie Comment. in Matth. n. 79. sic citat: *Et ipse vobis ostendet locum in superioribus stratum, magnum, paratum: illic parate nobis.* Vide Not. ad Col. 972. lit. b.

Col. 1224.

(a) *Et dicere illi singuli: Numquid ego? Et alius: Numquid ego?* Habemus in Corbejensi eadem, nisi quod ibi desideratur *illi*. Graecus consonat legens: *Illi autem coeperunt contristari, & dicere ei unus ad unum: Numquid ego? & alius: Numquid ego?*

(b) *Traditur.* Syrus, & Graecus sic legunt, & alius quidam Codex apud Lucam Brugensem.

Col. 1225.

(a) *Quod pro multis confringitur in remissione peccatorum.* Haec verba in Vulgata non habentur. Illud autem *confringitur* intelligendum est eo sensu, quo Ambrosiana Ecclesia idipsum profert in confractione Eucharistiae dicens: *Corpus tuum frangitur Christe &c.* quam formulam, ut ab Ecclesiae Catholicae Fide non alienam, egregiè defendit Clarissimus Vir, & omnigenâ eruditione Reipubl Literariae notissimus, venerabilis Collega noster Joseph Antonius Saxius Ambrosianae Bibliothecae Praefectus, de nobis, studiisque nostris semper optimè meritus; & nos quoque tanti Viri vestigia prosequentes demonstrare brevi conabimur in Opere de Ambrosiana Liturgia, cui jussu Eminentiss. Principis Joseph Cardinalis Puteobonelli Mediolanensis Archiepiscopi insudamus.

Col. 1229.

(a) *Coepit obstupescere, & acediari, & deficere*. In Codice Corbejensi legitur: *Pavere, & toediari*; quae postrema lectio placuit etiam Origeni in Serie Comment. in Matth. n. 90.

(b) *Decidit in faciem super terram*. In Exemplari S. Gatiani Turonensis habemus: *Procidit in faciem suam super &c.*

Col. 1230.

(a) *Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem*. Sic legit locum hunc Origenes Homil. X. in Genesim; quemadmodum & Syrus, & Arabs, qui tamen postremo habet: *In tentationes*.

Col. 1231.

(a) *Et iterum abiit orare*. Eadem est lectio in Apographo Corbejensi. Graecus legit: *Et iterum abiens oravit*. Syrus: *Et profectus iterum oravit*. Persa: *Et rursus abiens oravit*. Arabs: *Deinde abiit iterum, & oravit*. Coptus: *Et abiit iterum, & oravit*.

(b) *Consummatus est finis*. Graecos quosdam hic legere: *Consummatum est*; ex Millio testatur Domnus Augustinus Calmet. At Codex Corbejensis habet: *Adest enim consummatio; & venit hora*. Syrus vertit: *Propè est finis*. Persa: *Res enim ad extremum pertigit*. Arabs: *Jam adest finis*. Coptus: *Quoniam ecce venit tempus ejus*.

Col. 1232.

(a) *Judascarioth*. Antiquos Codices alios Lucas Brugensis affert legentes: *Judas Scarioth*, consonatque Exemplar S. Gatiani Turonensis.

(b) *Cum gladiis, & fustibus*. In citato Corbejensi: *Cum gladiis, & fustibus a principibus Sacerdotum missi*. Syrus: *Cum ensibus, & fustibus*. Persa: *Cum gladiis, & fustibus, & lanceis*. Coptus, & Arabs: *Cum gladiis, & fustibus*.

Col. 1233.

(a) *Et ducite eum diligenter*. Idem Corbejensis Codex habet: *Et ducite diligenter*. Origenes in Serie Comment. in Matth. n. 99. legit: *Et adducite diligenter*. Graecus. *Et abducite tutò*. Persa tantùm: *Et abducite*. Arabs: *Et ligate illum*. Coptus: *Et custodite eum, & persequimini eum*.

Col. 1234.

(a) *Cum gladiis, & fustibus*. Consonat lectio Apographi Corbejensis; & Syrus, & Persa, & Arabs. Coptus verò: *Cum gladiis, & baculis*.

(b) *Amictus sindonem supra nudum corpus*. Exemplar citatum consentiens habet: *Amictus sindone supra nudum corpus*.

Col. 1235.

(a) *Conveniunt*. Alii MSS. Codices sic legunt, monente Luca Brugensi, ut est etiam in Graeco.

(b) *Usque in atrium*. Habet aequè Turonense Exemplar S. Gatiani; & Versio Copta.

(c) *Et erat sedens cum ministris calficiens se ad ignem*. Jam citatus Lucas Brugensis optimos habuit MSS. Codices confirmantes Graeco, & Syro, in queis sic: *Calefaciebat se ad ignem*, quae quidem occurrunt in Codice quoque S. Gatiani Turonensis.

Col. 1236.

Col. 1236.

(a) *Non erant aequalia testimonia eorum*. Syrus habet: *Non erant aequalia eorum testimonia*. Graecus Textus consonat legens: *Et paria testimonia non erant*. Corbejense verò Exemplar sic legit: *Et non erant convenientia testimonia*. Origenes in Serie Comment. in Matth. n. 108. hunc Evangelicum Marci locum sic citat: *Principes Sacerdotum, & Concilium universum quaerebant contra Jesum testimonium, ut eum morti traderent, & non invenerunt. Multi enim falsum testimonium dixerunt adversùs eum, & convenientia non erant testimonia eorum.*

Col. 1237.

(1) *Ego destruam Templum hoc manibus aedificatum &c.* Idem Corbejensis Codex legit hìc: *Ego destruam Templum Dei manufactum, & post triduum illud suscitabo non manufactum. Et non erant aequalia testimonia illorum*. Monet Lucas Brugensis alios quoque Codices legere *post triduum*, quod occurrit etiam in Apographo Turonensi S. Gatiani. Origenes loco cit. sic effert locum integrum: *Alii autem exurgentes falsum testimonium dicebant adversùs eum, quoniam nos audivimus eum dicentem: Quoniam ego solvo Templum hoc manibus factum, & in tribus diebus aliud non manibus factum faciam. Sed nec sic convenientia erant eorum testimonia.*

Col. 1238

(a) *Filius Benedicti?* Ita omisso *Dei* plurimi habent MSS. Codices, observante Luca Brugensi, & consentientibus Syra, atque Graeca, necnon Persica, Arabica, & Copta Versionibus. S. Hilarius quoque de Trinitate Lib. VI. habet aequè ac Codex noster: *Tu es Christus Filius Benedicti?* Origenes autem in Serie Comment. in Matth. n. 118. *Tu es Filius Benedicti?*

(b) *Filium hominis ad dexteram virtutis sedentem*. Hoc etiam loco omittendum verbum *Dei* monet Lucas Brugensis, nullo tamen allato Codice. Omittitur sanè in Versionibus Graeca, Persica, Syriaca, Arabica, & Copta. S. Ambrosius in Enarrat. Psal. 40. sic citat: *Videbitis ab hinc Filium hominis sedentem ad dexteram virtutis*; & in Enarrat. Psal. 61 *Amodo videbitis Filium hominis sedentem ad dexteram virtutis*. Origenes quoque Comment. in Matth. Tom. XVI. n. 4. *Videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis, & venientem cum nubibus coeli*. Et in Serie Comment. in Matth. n. 111. *Videbitis Filium hominis a dextris sedentem virtutis.*

Col. 1241.

(a) *Et coepit devotare se dicens*. Legit Corbejensis: *Ille autem coepit devotare, & jurare, quia non novi &c.* Syrus: *Coepit se devovere, & jurare*. Persa: *Se ipsum devovit, & dejeravit*. Coptus: *Coepit execrare, & jurare*.

(b) *Secundus gallus cantavit*. Haec lectio Codicis nostri Eusebiani magnopere favet, ni fallor, sententiae doctissimi Viri P. Casti Innocentis Ansaldi Ord. Praed, qui in ea Dissertatione, quam edidit, *De forensi Judaeorum Buccina*, non gallum gallinaceum, negante Petro Apostolo, sed tubicinem vocem dedisse opinatus est.

Col. 1242.

(a) *Vinctum Jesum perduxerunt in atrio, & tradiderunt Pilato*. Corbejensis Codicis lectio haec est: *Duxerunt in atrium, & duxerunt Pilato.*

(b) *Ipse autem nihil respondebat*. Additamentum hoc in aliis etiam MSS. Codicibus reperiri asserit Domnus Calmet. Coptus certè addit, nam legit: *Ipse autem nihil respondit*.

Col. 1243.

(a) *Ecce quanta te accusant*. Sic legitur etiam in Apographo Corbejensi. Origenes in Serie Comment. in Matth. n. 119. habet: *Non audis quanta te accusant*.

Col. 1245.

(a) *Ad illi exclamaverunt dicentes: Crucifige eum*. In eodem Exemplari Corbejensi sic: *At illi clamaverunt dicentes: Crucifige eum*.

Col 1248.

(a) *Non eos nocebit*. Consonat etiam Codex Turonensis S. Gatiani.

(b) *Sedit a dextris Dei*. In antiquis suis MSS. sic haberi docet Lucas Brugensis, Graeco, & Syro consentientibus. Ita etiam habemus in Versione Persica, Arabica, & Copta. S. Ambrosius in altera Apologia David Cap. IV. legit: *Et sedet ad dexteram Dei*.

Notarum, & Concordantium Lectionum
in Sacrosanctum Evangelicum Codicem
S. Eusebii Magni Vercellensis Episcopi & Martyris
manu conscriptum

F I N I S.

